

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОДИСЕЇ ІМЕНІ Г.І. МЕЧНІКОВА

53  
55


НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

VII.2. e

5/208

ORIGO  
GENTIS ROMANAЕ  
INCERTO AVCTORE

ET  
SEXTI IVLII FRONTINI VIRI  
CONSULARIS DE A QVAE D VCTI-  
bus urbis Romae libri II.



A 27.  
PARISIIS,

Apud Egidium & Nicolaum Gillios, via D. Ioannis  
Lateranensis, sub signo trium coronarum

M.D.LXXXVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

63  
55

542  
НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ  
**ORIGO  
GENTIS ROMANAЕ**

IANO ET SATVRNO  
CONDITORIBVS, PER SVC-  
CEDENTES SIBIMET REGES, VSQVE  
ad Consulatum decimum Constantij, digesta ex auc-  
toribus Verrio Flacco Andiate (vt quidem ide-  
Verrius maluit dicere quam Antia) tum ex Anna-  
libus Pontificum; dein Cnaeo Egnatio Veratio, Fa-  
bio Piætore, Licinio Macro, Varrone, Caesare, Tube-  
rione, atque ex omni priscorum historiæ; proinde vt  
quisque neotericorum affuerant: hoc est, & Linius,  
& Victor Afer.

**R**IMVS in Italiam creditur venisse  
Saturnus, vt etiam Maronis Musa Aeneid VIII  
testatur illis versibus: *versu 319.*

20 Primus ab aetherio venit saturnus  
Olympos,

Arma Iouis fugiens, & regnis exsul ademptis. cœt.

TAN T A autem usque id tempus antiquorum  
hominum traditur fuisse simplicitas, vt venientes  
ad se aduenas, qui modo consilio ac sapientia  
praediti, ad instruendam vitam, formandosque  
mores aliquid conferrent, quod eorum parētes,  
atque originem ignorabant; caelo & terra editos, non solum ipsi crederent; verum etiam postfe-  
zoris affirmarent. veluti hunc ipsum Saturnū, quem  
Caeli & Terrae filium esse dixerunt. Quod cum  
ita existimetur, certum tamen est priorē Ianum

ā ij

# ORIGO

<sup>4</sup> in Italiam deuenisse: ab eoque postea venientem exceptum esse Saturnum. Vnde intelligendum est Virgilium quoque non ignoratione veteris historiae, sed suo more *primum* dixisse Saturnū, non ante quem nemo sed principem: vt

Aeneid. I

*Troiae primus ab oris  
CVM proculdubio constet ante Aeneā priorē  
Antenorem in Italiam esse peruectum, eumque  
non in ora litori proxima; sed in interioribus lo-  
cis, id est, Illyrico yrbe Patauiū cōdidisse, vt qui-  
dē idem Virg. illis versibus ex persona Veneris,  
apud Iouē de aerumnis Aeneae sui conquerētis*

Aeneid. I

*Antenor potuit mediis elapsus Achiuīs*

Ver. 244.

*Iliricos penetrare sinū, atque intima tutus, cest  
QVAR E autem addiderit tutus, suo loco ple-  
nissime annotauimus in commentaryne, quam  
hoc scribere coepimus, cognita ex eo libro, qui  
inscriptus est, De origine Patauina. Itaque nunc,  
Primus, ex ea quoque significatione est, e qua il-  
lud in secundo Aeneidos, de enumeratione eo-*

Tisandrū

*rum qui equo Durio digrediebantur: Nā cū no-*

virg. Ver. 261.

*minaſſet\* Thessandrū, Stelenū, Vlyxē, Athamā-*

*ta, Thoanta, Neoptolemum; post intulit, Primus-*

que Marthaon

*De quo quaeri potest, Quomodo*

fort. redun-

*poteſt primus dici, poſt tantos qui ſupradicti ſunt?*

dat

*Verū intelligemus *primum* pro principe, vel quia*

*id (ad perfectum) illis temporibus circa peritiam*

*medicacartis praecipius fuſſe traditur. Sed vt ad*

*propositū reuertamur, ferunt Creufam Ereithei*

*Regis Atheniensium filiam speciosiſſimam, stu-*

*pratam ab Apolline enixam puerum, eūque Del-*

*phos olim educandum eſſe miſſum: ipsam vero a*

# GENTIS ROMANAЕ

5

patre istarū rerū nescio, \* Xipheo cuiḍā comiti \* Xutho  
\* collocatam. Ex qua cum ille pater non posset *alii*  
existere, Delphos eum petiſſe ad consulendum \* *all. copu-*  
oraculum, quomodo pater fieri posset: Tum illi latam  
Deum respondisse, vt quē posterō die obuiā ha-  
buisset, eū ſibi adoptaret: Itaque ſupra dictū pue-  
rū, qui ex Apolline genitus erat, obuiam illi fuſſe,  
eumque adoptatum. Cum adoleuifſet non cō-  
tentū patrio regno, cū magna claſſe in Italīa de-  
ueniſſe, occupato que mōte, vrbē ibidē cōſtituiſ-  
ſe, eāque ex ſuo nomine Ianiculū cognominaffe

Igitur Iano regnātē apud indigenas rudes, incul-  
tosque, Saturnus regno profugus, cū in Italīa ve-  
niſſet, benigne exceptus hospitio eſt: ibique haud  
procuſ a Ianiculo arcē ſuo nomine Saturniā con-  
ſtituit: Ifque primus agriculturā edocuit, ferōſq;  
homines & rapto viuere affuetos, ad compositā  
vitam \* eduxit. vnde Virgilius in octauo ſic ait

\* Haec nemora indigenae Fauni, Nymphaeq; tenebant xit fort. tradu

*Gensque virum truncis, & duro robore nata*

*Quis neque mos, neque cultus erat: nec iungere tauros*

*Aut componere opes norant, aut parcere parto*

*Sed ramis, atque asper vietu venatus alebat*

O M I S S O Q V E Iano, qui nihil aliud quam ritū  
coledorū Deorum religionesque induixerat; ſe  
Saturno maluit anne cetero: qui vitā moresque fe-  
ris etiā tu mentibus insinuasse (dicitur, &) ad cō-  
munem vtilitatem, vt ſupra diximus, disciplinam  
coledi ruris edocuit, vt quidē indicant illi verſus

30 Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis

Composuit, legeſq; dedit; Latiumque vocari

Maluit, his quoniā latuſſet tuus in oris

Aeneid 8.

vers. 321

ā iii

Istum etiam usum signandi aeris, ac monetae in formā incutiendae ostendisse traditur: in qua ab una parte caput eius imprimeretur: altera nauis, qua vectus illo erat. Vnde hodieque aleatores posito numo opertoque, optionē conlusoribus ponunt enunciandi quid putēt subesse, caput, aut nauē: Quod nūc vulgo corrūpentes nauia di dicūt. Aedes quoque sub cliuo Capitolino, in quo pecunia conditam habebat, Aerariū Saturni hodieque dicitur. Verū quia, ut supra dixim⁹, prior illuc Iano nūs aduenerat, cūm eos post obitū diuinis honoribus cumulandos censuissent; in sacris omnibus primū locū Iano detulerūt, vsque eo, ut etiā cum aliis Diis sacrificiū fit, dato ture in altaria, Janus prior nominetur, cognomēto quoque addito Pater, secūdum quod nō ster cognomēto sic intulit

Aeneid. 8 Hanc Janus Pater, hanc Saturnus condidit arcem

Vers. 357 Ac subindit

Iani culum huic illi fuerat Saturnia nomen

E I Q Y E (eo quod mire praeteritorum memor, tum etiam futuri) dixerit

Lib. 7 Ae- Rex arua Latinus & Urbes

neid. Vers. Iam senior longa placidas in pace regebat

45 initio Cati- Q uo regnante, Troianos refert in Italiam deuenisse. Quæritur quomodo Sallustius dicat, Cūq; linaris his Aborigines, genus hominū agreste, sine legibus, sine imperio liberū atque solutū. Quidā autē tradunt terris diluvio coopertis, passim multos diuersarū regionum in móribus, ad quos cōfugerant, constiſſe: ex quibus quo sđā sedem quaerentes, per 30 \* f. quae illi en- uectos in Italiam, Aborigines appellatos, Graeca cant scilicet appellatione, a cacuminibus mótiū qui

illi orae faciunt. Alij volunt eos, quoderrātes illo venerint, primo Aberrigines, post mutata vna littera, altera adempta, Aborigines cognominatos. Eos adueniētes Picus exceptit, permisso viuere vt vellēt: Post Picum regnauit in Italia Faunus, quē a fando dictū volunt, quod is solet futura praecinere versib. quos Saturnios dicimus: quod genus metri in vaticinatione Saturniae primum prodīo tú est. Sed vrbē\* Saturnus cum in Italiā venisset, \*f. versus cōdidisse traditur. Eius rei enn. testis est, cum ait Versibus quos olim Fauni Yatesque canebant

H V N ē Faunum plerique eundem Siluanum a siluis, Inuum deum: Quidam etiam Pana vel Pan esse, dixerunt.

Igitur regnante Fauno, ante annos circiter sexaginta, quam Aeneas in Italiam deferretur. Euander Arcas Mercurij & Carmētis Nymphae filius, simul cum matre eodē venit: Quam quidā memoriae prodiderunt, primo Carmentim dictā: post Nicostraten, de carminibus; eo quod vide- licet omnium litterarū peritissima, futurorumq; prudens, versibus canere sit solita: adeo ut plerique velint, non tam ipsam a carmine Carmentā; quam carmina, a qua dicta essent, appellata: Huīus admonitu trāsuectus in Italiam Euander, ob singularē eruditōne atque scientiā litterarū, breui tēpore in familiaritatē Fauni se insinuavit: atque ab eo hospitaliter benigneque exceptus, nō paruū agri modū ad incolēdum accepit: quē suis 30 comitibus distribuit, exaedificatis domiciliis in eo monte, quē primo tū illi a Pallante Pallāteum, \*al. Palatium diximus: Ibique Pani tinum á iiiij

Deo fanum dedicauit: quippe is familiaris Arcadiae Deus est, teste etiam Marone qui ait

Georg. 3.

Ver. 392

Ecloga IV.

ybi certet,

legitur

Pan Deus Arcadiæ captam te Luna sefellit

Et item

Pan etiam Arcadia mecum si iudice cantet

PRIMVS itaque omnium Euâder Italicos homines legere & scribere edocuit, litteris partim 10  
quas ipse antea didicerat: Id eque fruges in Graecia primum inuentas ostendit, serendique usum edocuit, terraueque excolendae gratia, primus boues in Italia iuxit. Eo regnante, forte Recaranus quidam Graecae originis, ingentis corporis, & magnarum virium pastor, quia erat forma & virtute ceteris antecellens, Hercules appellatus, eodem venit. Cumque armata eius circa flumen Albulâ pascerentur, Cacus Euâtri seruus, nequitiae versutus, & praeter cetera furacissimus, Recarani hospitis boues subripuit: ac ne quod esset indicium auersas in speluncam attraxit: Cumque Recaranus vicinis regionibus peragrat, scrutatisque omnibus eiusmodi latebris, desperasset inuenitur; vt cumque aequo animo dispendiū ferens, 20  
excedere his finibus constituerat: At vero Euâder excellentissimae iustitiae vir, postquam rem, vti acta erat, compertus, seruum noxae dedit, bouesque restitui fecit. Tum Recaranus sub Auentino Inuentori patri arâ dedicauit, appellavitque Maximâ, & apud eam decimâ sui pecoris profanauit. Cumque ante moris esset, vti homines decimam fructuū regibus suis praestarent; ac qui sibi ait 30  
videri Deos potius illo honore impartiēdos esse, quâ Reges; inde videlicet tractum, vt Herculi de-

cimam profanari mos esset, secundum quod Plautus in partem, inquit, Herculeaneam, id est, decimâ. In stich. v.  
Consecrata igitur ara Maxima, profanataque ibi tamen le-

apud eam decima, Recaranus, eo quod Carmétis gitur Dex-

inuitata, ad id sacrû non affuisset; sanxit ne cui fe- tera partē

minae fas esset vesci ex eo quod eidē arae sacratū Hercul.

esset; atque ab ea re diuina feminae in totum re- & in Trucis

motae. Haec Cassius li. i. At vero in libris Pótifi- lato, Alt-

caliū traditur: Hercules Ioue atque Alcmena ge- 11.

nitus, superato Geruone, agens nobile armentū, \* f. ob ea,

cupidus eius generis boues in Graecia instituen- vel itaque

di; forte in ea loca venisse, & vbertate pabuli de- ab ea.

lectatus, vt ex lôgo itinere homines sui & peco-

ra reficerentur, aliquandiu sedem ibi cōstituisse:

Quae cum in valle, vbi nunc est Circus maximus,

pascerentur; neglecta custodia, quod nemo cre-

debatur ausurus violare Herculis praedam, latro-

nem quendam regionis eiusdem magnitudine cor-

poris & virtute ceteris praeualétem, octo boues

in speluncam, quo minus furtum vestigiis col-

ligi posset, caudis abstraxisse. Cumque inde Her-

cules proficiscens, reliquum armentū, casu, praet-

ter eandem speluncam ageret; forte quadam in-

clusas boues transiuntibus admugisse, atque ita

furtum detectum: Interfectoque Caco, Euan-

drum, re comperta, hospiti obuiam iussisse, gratâ-

tem, quod tanto malo fines suos liberasset: Com-

pertoque, quibus parentibus ortus esset Hercu-

les, rem ita, vti erat gesta, ad Faunum pertulisse:

Tum eum quoque amicitiam Herculis cupidissi-

me appetisse. Quam opinionē sequi metuit no-

ster Maro. Cum ergo Recaranus siue Hercules,

ORIGO

10 patri Inuentori aram Maximam consecrasset; duos ex Italia, quos eadem sacra certo ritu administranda edoceret, adscivit. Potitum & Pinarium. Sed eorum Potitio, qui prior venerat ad comedenda exta admissa; Pinarius eo quod tardius venisset, posterique eius submoti; vnde hodieque seruatur: Nemini. Potitio Pinariae gentis in eis sacris vesci licet: Eosque alio vocabulo 10 prius appellatos, nonnulli volunt. Post vero Pinarios dictos anno 7878 πεντη, quod videlicet ieuni, ac per hoc esurientes ab eiusmodi sacrificiis descendant. Isque mos permanxit usque Appium Claudium Censorem, ut Potitiis sacra facientibus, vescientibusque de eo bove quem immolauerant, postquam inde nihil reliquissent, Pinarii deinde admitterentur. Verum postea Appius Claudius accepta pecunia Potitios illexit, ut administrationē sacrorū Herculis, seruos publicos edocerent, necnon etiam mulieres admitterent. Quo 20 factō, aiunt, intra dies triginta omnem familiam Potitiorū, quae prior in sacrī habebatur, extin- r edisse. Etiam, atque ita sacra penes Pinarios resedisse, eosque tam religione quam etiam pietate edocētos, mysteria eiusmodi fideliter custodisse. Post Faunum Latino eius filio in Italia regnante, Aeneas, Ilio Achius prodito ab Antenore, aliisque Principibus, cum prae se Deos penates, patrēque Anchisen humeris gestas, necnon & paruulum filiu manu trahens, noctu excederet, orta luce cognitus ab hostibus, eo quod tāta onustus pietatis sarcina erat, nō modo a nullo interpellatus; sed etiā a rege Agamemnone quo vellet, ire permisus,

GENTIS ROMANAЕ.

11 Idam petit: ibique nauibus fabricatis, cum multis diuersi sexus, oraculi ammonitu Italā petit: vt docet Alexander Ephesius lib. i. belli Marsici. At vero Lutatius non modo Antenorem, sed & iam ipsum Aeneā proditorem patriae fuisse tradit: Cui cum a rege Agamemnone permisum esset ire quo vellet, & humeris suis, quod potissimum putaret, hoc ferret; nihil illū praeter Deos penates, & patrem, duosque paruulos filios, vt quidam tradunt, vt vero alii, vnum, cui Iulo cognomen, post etiam Ascanio fuerit, secum extulisse: Qua pietate motos Achiuorum principes remisisse ut reuerteretur domum, atque inde f. permis. omnia secum quae vellet, auferret. Itaque cum magnis cum opibus, pluribusque sociis vtriusque sexus a Troia digressum, longo mari emenso per diuersas terrarum oras in Italiam deuenisse: Ac primum Thraciam appulsum, Aenum ex suo nomine condidisse: Dein cognita Polymnestoris perfidia ex Polydori nece, inde digressum, peruectumque ad insulam Delum, atque illinc ab eo Lauiniam Anii sacerdotis Apollinis filiam in matrimonium adscitam, ex cuius nomine Lauinalittora appellata. Postquam is multa maria permensis, appulsus sit ad Italiae promotorium, quod est in Baiano, circa Auerni lacum; ibique gubernatorem Misenum morbo absuntum, sepultum ab eo. ex cuius nomine urbem Misenum appellatam, vt etiam scribit Caesar Pōtiscalium lib. i. Qui tamen hunc Misenum non gubernatorem, sed tubicinē fuisse tradit. Inde nō immetito utrāq[ue] opinionem secutus Maro sic intulit:

## ORIGO

12

Aeneid.

VI. Vers.

232.

\*f. tum

At prius Aeneas ingenti mole sepulcrum  
Imponit, suaque arma viro, remunque iubaque.

QVAMVIS auctore Homero , quidam afferant  
tubae vsum Troianis temporibus etiam \* tunc  
ignoratum. Addunt praeterea quidam AEneam  
in litore Euxini cuiusdam comitis matrem, vlti-  
mo aetatis affectam, circa stagnum , quod est in-  
ter Misenum Auernumque extulisse , atque inde  
loco nomen inditum , qui etiam nunc Euxinius  
sinus dicitur: cumque comperisset ibidem Sibyl-  
la mortalibus futura praeccinere , in opido quo  
vocatur Cimbarionis, venisse eo sciscitatū de sta-  
tu fortunarum suarū : aditisque fatis, vetitum ne  
is cognitam in Italia sepeliret Prochytam, cogni-  
tione sibi cōiunctam, quam in columem relique-  
rat. Et postquam ad classem rediit , reperitque  
mortuam, in insula proxima sepelisse, quae nunc  
quoque eodē est nomine, vt scribunt Vulcatius,  
& Acilius Piso. Inde profectum peruenisse in cū

Vir. VII. locum qui nunc portus Caietae appellatur, ex  
Aen. initio. nomine nutricis eius quam ibidem amissam se-  
peliit. At vero Caelar & Sempronius aiunt, Caic-  
tae cognomen fuisse, non nomine: ex eo scilicet in-

\*pro, nauig-  
ationis  
longae.  
Tide Virg.  
v. Aeneid.  
lata est, Latino regnante, peruectum cum patre  
Anchise, filioque & ceteris suorū; nauibus egres-  
sum, in litore accubuisse, cōsumptoq; quod fue-  
rat cibi, crustam etiam de farreis mensis, quas sa-

## GENTIS ROMANAÉ

13

cratas secum habebat , comedisse. Tum Anchise  
coniiciente illam esse miseriarum erroris que fi-  
nem; quippe meminerat , Venerem sibi aliquan-  
do praedixisse, cum in externo litore esurie cō-  
pulsi, sacrasque mensas inuasissent, illum con-  
dendae sedis fatalem locum fore: Scrofam etiam  
incidentem; quam cum e naui produxissent , vt cā  
immolarent, & se ministrorum manibus eripuis-  
set, recordatum AEneam, quod aliquando ei res-  
ponsum effet, vrbi condendae quadrupedem fu-  
turam ducem: Tum simulacris Deorum Penatiū,  
prosecutum, atque illum vbi illa procubuit , eni-  
xaque est porculos triginta; ibidem auspicatum; .. f. postq;  
.. postquam Lauinium dixit; vt scribit Caesar li.  
i. & Lucatius li. ii. At vero Domitius non orbes  
farreos, vt supra dictum est, sed mensarum vice  
sumēdi cibi gratia apium, cuius maxima erat ibi-  
dem copia, fuisse substratum, quod ipsum cōsūp-  
tis aliis eduliis eos comedisse. Ac postsubinde in-  
tellexisse illas esse mensas, quas illos comeduros  
praedictum esset. Cum interim immolata sue in  
litore sacrificium perageret, traditur forte aduer-  
tisse Argiam classem, in qua Vlyxes erat: cum  
que vereretur ne ab hoste cognitus periculū su-  
biret, itemque rem diuinam interrumpere sum-  
mum nefas duceret, caput velamento obduxisse,  
atq; ita pleno ritu sacra perfecisse: inde posteris  
traditum morem ita sacrificandi , vt scribit Mar-  
cus Octavius lib. i. At vero Domitius lib. i. do-  
cet forte Apollinis Delphici monitum AEneā,  
vt Italiam peteret, vbi duo maria inuenisset, prā-  
diuumque cum mensis comedisset, ibi urbem vti cō-

HA  
KO  
BA  
ORIG  
O

deret. Itaque egressum in agrum Laurentem cum paululum e litore processisset, peruenisse ad duo stagna aquae salae, vicina inter se: ibique cum se lauisset, ac refectum cibo cum apium quoque, quod tunc vice mentie substratum fuerat, consumisset, existimatem proculdubio illa esse duo maria, quod in illis stagnis aquae marinae species esset, mensaque quae erant ex stramine apii commestas; urbem in eo loco condidisse; eaque quod in stagno lauerit, Lauinium cognominasse. Tum deinde a Latino Rege Aboriginum, data ei, quae incoleret, iugera quingenta: At Cato in Origine generis Romani ita docet: Suerū triginta porcūlos peperisse in eo loco ubi nunc est Lauinium: cumque Aeneas ibi urbem condere constituisse, propterq; agri sterilitatē metueret; per quietem ei visa Deorum Penatum simulacra, adhortantium ut perseveraret in condenda urbe quam coeperat: nam post annos totidem, quot fetus illius suis essent, Troianos in loca fertilia atque uberiorem agrum transmigraturos, & urbem clarissimi nominis in Italia condituros. Igitur Latinum Aboriginum Regem, cum ei nunciatum esset, multitudinem aduenarum classem aduectā, occupauisse agrum Laurentem: aduersum subitos inopinatosque hostes incunctanter suas copias eduxisse: Ac prius quam signum dimicādi daret, animaduertisse Troianos militariter instructos: cum sui lapidibus ac sudibus armati, tum etiā vestite aut pellibus quae eis integumento erant, finistris manibus inuolutis, processissent. Itaque suspenso certamine per colloquium inquisito, qui

## GENTIS ROMANAЕ

15

essent, quiduc peterent: vtpote qui in hoc consilium auctoritate numinum cogebatur: namque extis ac somniis saepe ammonitus erat, tutiorem se aduersum hostes fore, si copias suas cum aduenis coniunxisset. Cumque cognouisset Aeneam & Anchisem bello: .. patrio pulsos, cum simularis Deorum errantes sedem quaerere; amicitiā foedere inisse, dato inuicem iure iurādo, vt communes quoque hostes, amicosue haberet: Itaque coeptum a Troianis muniri locū, quem Aeneas ex nomine vxoris suae, Latini Regis filiae, quaciam ante despōnsata Turno Herdonio fuerat, Lauinium cognominavit: At vero Amatam Latini Regis vxorem, cum indigne ferret, Lauiniā, repudiato Turno consobrino suo, Troiano aduenae collocatam, Turnum ad arma concitauisse, eumque inox coacto Rutulorū exercitu, tenuisse in agrum Laurentem, & aduersus eum Latinum pariter cum Aenea progressum, inter proeliantes circumuentum occilumque. Nectamen amissō socero Aeneas Rutulis obſistere desit, namque & Turnum interemitt. Hostib⁹ fusis fugatiq; victor, Lauinium se cum suis recepit, consensuque omnium Latinorum Rex declaratus est: vt scribit Lucatius libro tertio. Piso quidem Turnum matruelem Amatae fuisse tradit: interfec̄toque Latino, mortem ipsam sibi met consciuisse. Igitur Aeneam occiso Turno, rerum potitum cum adhuc itarum memor Rutulos bello persequi instituisset, illis sibi ex Etruria auxiliū Mezentii Regis Agillaeorum adsciuisse, ac implorauisse, pollicitos si victoria parta foret,

omnia quae Latinorum essent, Mezentio cessura. Tunc Aeneam quod copiis inferior erat, multis rebus, quae necessario tuendae erant, in urbē comportatis, castra sub Lauinio collo casse: praepositoque his filio Euryleone ipsum electo ad dimicandum tempore, copias in aciem produxisse, circa ... Numici fluminis stagnum: vbi cum acerrime dimicaretur, subitis turbinibus insuscato aere, repente caelo tantū imbrium effusum, tonitribus etiam cōsecutis, flamarumque fulgoribus, vt omnium non oculi modo praestringuerentur, verum etiam mentes quoque confusae essent: cumque vniuersos vtriusque partis dirimēdi proelia cupiditas inesset, nihilominus in illa tempestatis subitae confusione interceptum Aeneam, nusquam deinde cōparuisse. Traditur autem non prouiso quod propinquus flumini esset, ripa depulsus, forte in fluuum decidisse, atque ita proeliū dirēptum: Dein post apertis fugatisque nubibus cum serena facies effusisset; creditum est viuum eum caelo absumptum. Idēque tamen post ab Ascanio, & quibusdam aliis visus affirmatur super Numici ripam, eo habitu arīnisque quibus in proelium processerat. Quae res immortalitatis eius famam confirmauit. Itaque illi eo loco templum consecratum, appellarique placuit, Patrem indigetem. Dein filius eius Ascanius, idem qui Euryleo, omnium Latinorū iudicio Rex appellatus. Igitur summam imperii Latinorū adeptus Ascanius, cum continuis proeliis Mezentium persequi instituisset, filius eius Lausus collem Lauiniaē arcis occupauit. Cūque id

id oppidū circumfusis omnibus copiis regis tenetur, Latini legatos ad Mezentium miserū sciscitatum, qua conditione in deditonem eos accipere vellet: cūque ille inter alia onerosa illud quoque adiiceret, vt omne vinum agri Latini aliquot annis sibi inferretur; consilio atque auctoritate Ascanii placuit ob libertatē mori potius, quam illo modo seruitutē subire. Itaque vino ex omni vindemia Ioui publi ce voto, consecratoq; Latini urbe eruperunt; fusoque praesidio, interfētoque Lauso, Mezentium fugā facere coegerunt. Is postea per legatos amicitiā societatēque Latinorum impetravit; vt docet Lucius Caef. lib. j. Itē que Aulus Postumius in eo volumine quod de aduentu Aeneae cōscripsit atque dedit. Igitur Latini Ascaniū ob insignem virtutē non solum Ioue ortū crediderunt, sed etiā per diminutionē, declinato paululum nomine primo Iobū, dein postea Iulum appellarunt: a quo Iulia filia manauit, vt scribunt Caelar lib. 11. & Cato in Originibus. Interim Lauinia ab Aenea grauida relicta, metu, veluti insecuri se Ascanij, in siluam profugit, ad magistrum patrij pecoris, Tyrrhum, ibique enixa est puerū, qui a loci qualitate Siluius est dictus. At vero vulgus Latinorum existimans clā ab Ascanio imperfectam, magna ei inuidiam conflauerat, vsque eo, vt armis quoque ei vim denunciaret. Tum Ascanius iureiurando se purgās, cum nihil apud eos proficeret, petitā dilatione ad inquirēdum, iram praesentem vulgi aliquantulum fregit; pollicitusque est, se ingentibus praemiis cumulaturum eum qui sibi Lauiniām inuestigasset: Mox recuperatam cum filio in urbem Lauiniū reduxit, dilexitque honore materno. Quae

## ORIGO

res rursum ei magnum fauorem populi conciliauit, vt scribunt Caius Caesar, & Sex. Gellius in Origine gentis Romanae. At vero alij tradunt, quod cum Ascanius ab vniuerso populo ad restituendam Lauinium cogeretur, iuraretque se neque interemisse, neque scire vbi esset, Tyrrhum petito silentio in illa concionis frequentia professum indicium, si sibi, Lauiniaeque, puerisque ex ea nato fides in columitatis daretur: tumque eum accepta fide Lauiniam in urbem cum filio reduxisse: Post haec Ascanius completis in Lauinio triginta annis, recordatus nouae urbis condendae tempus aduenisse, ex numero porcorum quos pepicerat sus alba, circumspectis diligenter finitimi regionibus, speculatus montem editum qui nunc ab ea urbe, quae in eo condita est, Albanus nuncupatur, ciuitatem communit: eamque ex forma quod ita in longum correcta est, Longam; ex colore suis Albam cognominavit. Cumque illuc simulacra Deorum Penatum translatisset; postridie apud Lauinium apparuerunt: Rursusque relata Albam, appositisque custodibus nescio quantis, se Lauinium in pristinam sedem identidem receperunt: Itaque tertio nemo ausus est amouera ea, vt scriptum est in Annali Pontificum iv. lib. Cincij & Caesaris ij. Tuberonis i. At Ascanius postquam excessisset ex vita, inter Iulum filium eius, & Siluium Postumum, qui ex Lauinia genitus erat, de obtinendo imperio orta contentio est, cum dubitaretur an Aeneae filius, an nepos potior esset; permissa disceptatione eius rei ab vniuersis Rex Siluius declaratus est. Eiusdem posteri omnes cognomento Siluij,

## GENTIS ROMANAЕ.

vsque ad conditam Romam, Albae regnauerunt: vt est scriptum Annalium pontificalium lib. iiii. Igitur regnante Latino Silvio Coloniae deductae sunt Praeneste, Tibur, Gabij, Tusculum, Cora, Potentia, Locri, Crustumium, Camena, Ronillae, ceteraque oppida circumquaque. Post eum regnauit Tiberius, Silvius, Siluij filius. Qui cum aduersus finitimos bellum inferentes copias eduxisset, inter proeliantes depulsus in Albulam flumen, deperiit; mutandique nominis existit causa: vt scribunt Lucius Cincius lib. i. Lucatius lib. ii. Post eum regnauit Aremulus Silvius: qui tantae superbiae non aduersum homines modo, sed etiam Deos fuisse traditur, vt praedicaret se superiorē else ipso Ioue, actionante caelo militibus imperaret, vt tellis clypeos quaterent: dictaretque clariorem sonum se facere. Qui tamen praesenti affectus est poena: nam fulmine ictus, ruptusque turbine in Albanum lacum praecepitatus est, vt scriptum est Annalium lib. vi. & Epitomarum Pisonis ii. Aufidius sane in Epitomis, & Domitius lib. i. non fulmine ictum, sed terrae motu prolapsum, simul cum eo Regiam in Albanum lacum tradunt. Post illum regnauit Auentinus Silvius: Isque finitimi bellum inferentibus in dimicando circumuentus, ab hostibus prostratus est: ac sepultus circa radices montis, cui ex se nomen dedit: vt scribit Iulius Caesar lib. ii. Post eum Silvius Procas rex Albanorum, duos filios Numitorem & Amulum aequis partibus haeredes instituit. Tum Amulius in una parte regnum tantummodo, in altera totius patrimoniij

nij suminam atque omnem paternorum bonorum substantiam posuit, fratrique Numitori, qui maior natu erat, optionem dedit, ut ex his, vtrum mallet, eligeret. Numitor cum priuatum omne cum facultatibus regno praetulisset; Amulius regnum obtinuit: Quod ut firmissime posideret, Numitoris fratris sui filii in venando interimendū curauit: Tum etiā Rheam Siluam eius sororē sacerdotē Vestae fieri iussit, simulato somnio quo ammonitus ab eadē dea esset, ut id fieret: Cū re vera ita faciendum sibi existimat, periculosem ducēs, ne quis ex ea nasceretur, qui auitas persequeretur iniurias: ut scribit Valerius Antias lib. 1. At vero Marcus Octavius, & Licinius Macer tradunt Amuliū patrum Rheae sacerdotis, amore eius captum, nubilo caelo obscuroque aere, cū primum illucescere coepisset in usum sacrorum aquā petenti insidiatū, in luco Martis cōpressisse eā: tum exactis mensibus geminos editos. Quod cum cōperisset celandi facti gratia per scelus cōcepti; necari iussit sacerdotē; partum sibi exhiberi: Tumque 20 Numitorē spe futurorū, quod hi si adoleuissent, iniuriarum suarum quandoque vltores futuri essent, alios pro eis subdidisse, illosque suos veros nepotes Faustulo pastorum magistro dedisse nutriendos. At vero Fabius Pictor lib. j. & Vennonius solito, institutoque egressam virginem, in usum sacroruā quam petitum ex eo fonte qui erat in luco Martis, subito imbribus tonitrubusque, quae cum illa erant, disiectis, a Marte compressam; conturbatamque: Mox recreata cōsolutione Dei, nomē suum indicatis, affirmatisque ex ea natos dignos patre euasuros. Primum 30 igitur Amulius Rex, ut cōperit Rhea Siluam

sacerdotē peperisse geminos, protinus imperauit deportari ad aquam profluentem atque eo abiici. Tum illi, quibus id imperatumerat, impositos alueo pueros, circa radices montis Palatiū in Tiberim, qui tum magnis imbribus stagnauerat, abiecerunt: eiusque regionis subulcus Faustulus, speculatus exponentes, ut vidit relabente flumine alueum, in quo pueri erant, obhaesisse ad arborem fici, puerorumque vagitu lupam excitam, quae repente exierat, 10 primo lambitu eos deteruisse, dein leuandorum vberum gratia mammas praebuisse; descendit ac sustulit, nutriendosque Accae Larentiae, vxori sue dedit: ut scribunt Ennius lib. 1. & Caesar 11. Addunt quidam Faustulo inspectante, picum quoque aduolasse, & ore pleno cibū pueris ingessisse: Inde vide licet lupum picumque Martiae tutelae esse: Arborē quoque illam, Ruminalē dictam, circa quam pueri abiecti erāt: quod eius sub umbra pecus acquiescens meridie ruminare sit solitum. At vero Valerius tra- 20 dit pueros ex Rhea Siluia natos Amulium regē Faustulo seruo necandos dedisse. sed eum a Numitore exoratum ne pueri necarentur, Accae Larētiae amiae suae nutriendos dedisse: quam mulierē, eo quod pretio corpus esset vulgare solita, Lupā dictam. Notum quippe ita appellari mulieres quaestū corpore facientes: unde & ciusmodi loci in quibus hae cōfīstunt, Lupanaria dicta. Cum vero pueri liberalis disciplinae capaces facti essent, Gabiis Graecarum Latinarūque litterarum ediscendarum gratia cōmora- 30 tos; Numitore aucto clam omnia subministrante: Itaque ut primum adoleuissent, Romulū indicio edu-

catoris Faustuli cōperto, qui sibi auus, quae mater fuisset, quidue de ea factum esset; cum armatis pa-  
storibus Albam protinus perrexisse, interfecto que Amulio, Numitorem auum in regnum restitutum,  
Romulum autē a virum magnitudine appellatum:  
nam Graeca lingua *φανη* virtutem dici certum est.  
Alterum vero Remum dictum, videlicet a tardita-  
te: quippe talis naturae homines ab antiquis Remo-  
res dicti.

Igitur aetis, quae supra diximus, re diuina facta,  
in loco qui nunc Lupercal dicitur, ludibundi dis-  
currerant, pellibus hostiarum occursantes quos-  
que sibimet verberantes: utque sollempne sacrificium  
sibi, posterisque id esset, sanxerunt, separatim  
que suos appellauerunt, Remus Fabios, Romulus  
Quintilios: quorum utrumque nomen etiamnum  
in sacris manet. At vero lib. 11. Pontificalium pro-  
ditur, missos ab Amulio, qui Remum pecorum pa-  
storem attraherent: cum non auderentei vim af-  
ferre, oportunum tempus sibi ad insidiandum na-  
ctos, quod tum Romulus aberat, genus lusus simu-  
lasse, quinam eorum, manibus post terga ligatis, la-  
pidem quo lana pensitari solebat mordicus subla-  
tum, quam longissime perferret. Tum Remum fi-  
ducia virium in Auentinum usque se perlaturum  
spopondisse: Dein postquam vinciri se passus est,  
Albam abstractum. Quod postquam Romulus cō-  
perisset, coacta pastorum manu, eaque in centenos  
homines distributa; perticas manipulis foeni varie  
formatis in summo iunctas, dedisse: quo facilius eo  
signo suum quisque ducem sequeretur. Vnde insti-  
tutum ut postea milites qui eiusdem signi essent,

Manipulares dicerentur. Itaque ab eo oppresso  
Amulio, fratrem vinculis liberatum, auum regno  
restitutum. Cum igitur inter se Romulus & Re-  
mus de condenda vrbe tractarent, in qua ipsi pari-  
ter regnarent, Romulusque locum, qui sibi idoneus  
videretur, in monte Palatino designaret, Romam-  
que appellari vellet: Contraque item Remus in alio  
colle, qui aberat a Palatio milibus quinque, eun-  
demque locum ex suo nomine Remuriam appella-  
ret, neque ea inter eos finiretur contentio; aucto Nu-  
mitore arbitro adscito, placuit disceptatores eius  
controversiae immortales Deos sumere ita ut vtri  
eorum priori secunda auspicia obuenissent; vrbem  
conderet: eamque ex suo nomine nuncuparet, at-  
que in ea regni sumnam teneret. Cumque auspi-  
caretur Romulus in Palatio, Remus in Auentino,  
sex vultures pariter volantes, a sinistra Remo prius  
visos: tumque ab eo missos qui Romulo nuncia-  
rent, sibi iam data auspicia, quibus condere vrbem  
iuberetur: Itaque maturaret ad se venire. Cumque  
ad eum Romulus venisset, quaeissetque quaenam  
illa auspicia fuissent, dixissetque ille, sibi auspicati  
sex vulturios simul apparuisse. At ego, inquit Ro-  
mulus, iam tibi duodecim demonstrabo: Ac repen-  
te duodecim vultures apparuisse subsecuto caeli  
fulgore pariter tonitruque. Tum Romulus, Quid,  
inquit, Re me affirmas priora, cum praeſentia in-  
tueraris? Remus postquam intellexit se regno  
fraudatum: Multa, inquit, in hac vrbe temere spera-  
ta atque praesumta, felicissime prouentura sunt. At  
vero Licinius Macer lib. 1. docet contentionis illius  
perniciosum exitum fuisse, namque ibidem obſi-  
ē iiiij

**O R I G O**

<sup>24</sup> stentes Remum & Faustulum interfectos. Contra Egnatius lib. 1. In ea contentione non modo Remum non esse occisum, sed etiam vterius a Romulo vixisse tradit. Sed horum omnium opinionibus diuersis repugnat nostrae memoriae proclamans historia Liuiana, quae testatur quod auspicato Romulus ex suo nomine Roman vocavit : cumque muniret moenibus, edixit, ne quis vallum transfiliiret: quod Remus irridens transfiliiuit, & a Celere Ceturione rutro, vel rastro fertur occisus. Romulus <sup>10</sup> asylum conuenis *cet.*

**SEXTI IVLII FRON<sup>25</sup>  
TINI VIRI CONSULARIS  
DE A Q V A E D V C T I B V S  
V R B I S R O M A E,**

*L I B E R P R I M V S.*

V M omnis res ab Imperatore delegata intentioem exigat curam, & me seu naturalis sollicitudo, seu fides sedula nō ad diligentiam modo, verum ad amore quoque commissae instigent, sitque mihi nunc ab Nerua Augusto, nescio diligentiore amantiore Reipub. Imperatore, aquarum iniunctū officium, tum ad vsum, tum ad salubritatem, atque etiam ad securitatem vrbis pertinens, administratū per principes semper ciuitatis nostrae viros, primū ac potissimum existimo, sicut in caeteris negotiis institueram, nosse quod suscepi. Neque enim vllum omnis actus certius fundamentum crediderim, quā quae facienda quaeque vitanda sint posse decernere. Nam quid viro tam indecorum & intolerabile, quam delegatū officium ex adiutorum agere praeceptis (quod fieri necesse est, quoties imperitia praecessit eius cui decernitur vhus) quorum et si necessariae partes sunt, tamen ad ministerium ut manus quaedam & instrumentū agentis esse debent? Quapropter ea quae ad vniuersam rem pertinentia contrahere potui, more iam per multa mihi officia seruato, in ordinem & velut in corpus deducta in hunc Commentarium contuli, quem pro formula admi-

nistrationis respicere possem. In aliis autem libris, quos post experimenta & usum composui, antecedentium res acta est, in hoc vero & in sequentium, cuius fortasse pertinebit & ad successorem utilitas. Sed cum inter initia administrationis meae scriptus sit, in primis ad meam institutionem regulamque proficiet. Ac ne quid ad totius rei pertinens notitiam praetermississe videar, nomina primū aquarū, quae in urbem Romanam influunt, ponam, tum per quos quaeque earum, & quibus Cosulibus, & quanto post urbem conditam anno perductae sint: deinde quibus ex locis & a quanto miliario duci coepissent, quantum subterraneo riuo, quantum substructione, quantum opere arcuato: post, altitudinem cuiusque, modulorumque rationem, & ab illis erogationes, quantum extra vrbē, quantum intra, quisque modus, cuique regioni pro suo modulo unaquaeq; aquarū seruiat, quot castella publica priuataq; sint, & ex his quantū publicis operibus, quantū muneribus (ita enim cultiores appellāt) quantum lacubus, quantū nomine Caesaris, quantū priuatorū usui beneficio principis detur, quod ius tuendarū sit earū, qua cōtumaces afficiantur poena, ex lege, senatus-consultis, & mandatis principum irrogata.

**A**B urbe condita per annos CCCXL. contenti fuerunt Romani usū aquarum, quas aut ex Tiberi, aut ex puteis, aut ex fontibus hauriebant. Fontium memoria cū sanctitate adhuc extat, & colitur. Salubritatē enim aegris corporibus afferre credūtur, sicut C. Amaranus Apollinaris meminit. Nunc autem in urbem influunt aquae Appia, Anio vetus, Martia, Tepula Iulia, Virgo, Alsietina, quae eadem

vocatur Augusta, Claudia, Anio nouus

Appia, M. Valerio Maximo, P. Decio Murena coss. anno xx. post initium Samnitici belli inducta est ab Appio Claudio Crasso Censore, cui postea Caeco fuit cognomē, qui & viā Appiam a porta Capena usque ad urbem Capuam inuendā curauit. Collegā habuit C. Fabiū, cui ob inquisitas eius aquae venas Venocis cognomen datum est. Sed is quia intra annū & sex menses deceptus a collega tāquam idem facturo, abdicauit se a censura, nō men aquae ad Appii tantū honorem pertinuit, qui multis tergiuersationibus extraxisse censurā traditur, donec & viā & huius aqueductum consummaret. Concipitur Appia in agro Lucullano via Praenestina, inter miliariū vi. & viii. diuerticulo sinistrorsus passū DCLXXX. Ductus eius habet longitudinem a capite usq; ad Salinas (qui locus est ad portā Trigeminā) passū vndecim milium centum nonaginta: subterraneo riuo passū vndecim miliiū centum triginta: substructione & supra terrā opere arcuato proxime ad portā Capenā passuum lx. Iungitur ei ad Anionem veterē in confinio hortorum Torquatianorū Alsietinae Augustae ramus ab miliario \* in supplementum eius addito cognomēto decem gemellorum. Hic via Praenestina ad miliarium sextū diuerticulo sinistrorsus passū DCLXXX. proxime viam Collatiam accipit fontem, cuius ductus usque ad gemellos efficit riuo subterraneo passū vi. milii CCCLXXX. Incipit distribui Vetus Anio vico Publici ad portā Trigeminā, qui locus Salinae appellatur. Post annos xl. quam Appia perducta est, anno ab urbe cōdīta CCCCLXXXIX. M'.

IV LII FRONTINI DE  
Curius Dentatus, qui censurā cū L. Papyrio Cursore  
gessit, Anionis, qui nunc dicitur vetus, aquam per-  
ducendam in Vrbem ex manubiis de Pyrrho captis  
curauit, Spurio Garbilio L. Papyrio coss. Itē post  
biennium deinde actum est in Senatu de consum-  
mando eius aquae opere. Itaque post annum no-  
num Minutius praetor edidit edictum. Tum ex se-  
natū consulto Duumiri aquae perducendae crea-  
ti: Curius & Fulvius Flaccus locauerant. Curius in-  
tra quintum diem quam erat Duumiri creatus de-  
cessit, gloria perductae pertinuit ad Fulvium. Con-  
cipitur Anio vetus supra Tibur xx. miliario extra  
portam Raranam, ubi partim in Tiburtinum distri-  
butur vsum. Ductus eius habet longitudinem, ita  
exigēte libramento, passuum XL II. milium: ex eo ri-  
uuus est subterraneus passuum XL I II. milii cxcvii.  
Substructio supra terrā passuum DCCII. Vigesimo-  
primo anno post annos CXXVI i. id est anno ab vrbe  
condita DCVII. Seruio Sulpitio Galba & L. Aure-  
lio Cotta coss. cum Appiae Anionisque ductus <sup>20</sup>  
vetustate quassati priuatorum etiam fraudibus in-  
terciperentur, datum est a Senatu negocium M. Ti-  
tio, qui tum praetor inter ciues & peregrinos ius  
dicebat, eorum ductuum reficiendorum & vindic-  
andorum. Et quoniam incrementum Vrbis exi-  
gere videbatur ampliorem modum aquae, eidem  
in mandatum a Senatu est, ut curaret quatenus alias  
aquas posset, in urbem perduceret, & ampliores du-  
ctus faceret. Reipubl. causa tertio miliario opera fa-  
brorum duxit, cui ab auctore Marciae nōmen est. <sup>30</sup>  
Legimus apud Fenestellam in haec opera Marco  
decretem fēstertium IIII & octingenta, sed quo-

AQVAE DVCTIBVS ROM. <sup>29</sup>  
niam ad consummandum negocium non sufficie-  
bat, statuit Senatus Praeturam in alterum annum  
prorogari. Eodem tempore Decemviri dum aliis  
ex causis libros Sibyllinos inspiciunt, inuenisse di-  
cuntur non esse aquam Martiam, sed Anienem (de  
hoc enim constantius traditur) in Capitolium per-  
ducendam, deque ea re in Senatu a Lepidio pro  
collega verba faciente, auctum Appio Claudio, Q.  
Caecilio coss. eandemque post annum tertium a  
<sup>10</sup> L. Lentulo retractatam, C. Laelio, Q. Seruilio  
coss. sed utroque tempore viciſſe gratiam Marci  
Titij, atque ita esse in Capitolium aquam perdu-  
ctam. Concipitur Martia, via Valeria ad miliariū  
XXXII. diuerticulo euntibus ab vrbe Roma dex-  
trorsus milium passuum trium villa Sublacensi, at-  
que sub Nerone principe primum strata ad milia-  
rium trigesimum octauum sinistrorsus intra spa-  
cium paſſuum ducentorū finita subtractionibus  
pene statim stagnino colore praeuiridi. Ductus  
<sup>20</sup> eius habet longitudinem a capite ad urbem paſſuū  
LX milium DCCX & semis, riuo subterraneo paſſuū  
LIII milium CCLXVII semis, opere supra ter-  
ram paſſuum VII milium CCCXLIII. Eo longius  
ab vrbe pluribus locis priuatis & publicis & in val-  
lis opere arcuato paſſuum CCCCLXIII. Propius vr-  
bem a septimo miliario subtractione paſſuum  
CLXXXVII. Reliquo opere arcuato paſſuum VI.  
milium CCCCLXX. Cn. Seruilius Caepio & L. Cas-  
sius, Longinus qui Rauilla appellatus est, Cen-  
<sup>30</sup> sores, anno post vrbe conditam DCXXVII. M. Plautio  
Hiplapone, Ful. Flacco Consulibus, aquam quae  
vocatur Tepula, ex agro Lucullano, quem quidam

HALKONA  
30 IVLII FRONTINI DE  
Tusculanum credunt, Romā & in Capitolium ad-  
ducendam curauerunt. Tepula concipitur via Lat-  
ina ad xi. miliarium diuerticulo euntibus ab Roma  
dextrorsus milium passuum duum, inde riuo suo  
in urbem perducebatur, Iuliae post mixta: Nam  
Agrippa aedilis post primum consulatū Imperato-  
re Caesare Augusto, M. Lelio Volcatio co s s. anno  
post yrbe conditam DCCXIX. ad miliarium ab urbe  
xi. via Latina euntibus ab Roma dextrorsus milii 10  
passuum x i. alteriusque proprias vires collegit, &  
Tepulae riuum intercepit, acquisitaeque ab inuen-  
tore nomen Iuliae est datum, ita tamen diuina ero-  
gatione, ut maneret Tepulae appellatio. Ductus  
Iuliae efficit longitudinē passuum xv. milii ccccx  
vi. opere supra terrā passuum vii milium: ex eo in  
proximis vrbis locis a vii. miliario substructione  
passuum DXXVI II. reliquo opere arcuato passuum  
vi. milium ccccLXXII. Praeter caput Iuliae trans-  
fluit aqua quae vocatur Crabra. Hac Agrippa emi-  
dit, seu quia usum improbauerat, seu quia Tuscula-  
nis possessoribus relinquendam credebat. Ea nam-  
que est quam omnes villaे tractus eius per vicem  
indies modulosque certos dispensatam accipiunt,  
sed non eadem moderatione. Aquarii nostri partē  
maximam eius semper in supplemētu Iuliae vin-  
dicauerunt, nec ut Iuliam augerent, quam haurie-  
bant largiendo compendii sui gratia. Exclusa ergo  
est Crabra, & tota iussu Imperatoris redditia Tu-  
sculanis, qui nunc forsitan non sine admiratione eā  
sumunt, ignari cuius causa insolitam abundantiam  
habeant. Iulia autem, reuocatis deriuationibus per  
quas subripiebatur, modum suum quamuis notabi-

A Q V A E D V C T I B S R O M. 31  
li siccitate seruauit. Eodem anno Agrippa ductus  
Appiae, Anienis, Martiae, paene delapsos restituit,  
& singulari cura cum compluribus salientibus  
aquis instruxit yrbe. Idem cum iam tertium con-  
sul fuisset, C. Sentio, Sp. Lucretio co s s. post an-  
num xiii. quam Iuliam deduxerat, Virginem in  
agro quoque Lucullano collectam Romanam perdu-  
xit. Dies, quo primum in urbem responderit, v.  
iduum Iunii inuenitur Virgo appellata, quod qua-  
rentibus aquam militibus, puella virguncula qua-  
dam venas monstrauit, quas secuti qui foderant, in-  
gentem aquae modum inuenerunt. Aedicula fon-  
ti apposita, hanc virginem pictura ostendit. Con-  
cipitur ergo via Collatina ad miliarium octauum  
palustribus locis, Signino circuniecto continenda-  
rum scaturiginum causa. Adiuuatus ex compluri-  
bus aliis acquisitionibus, venit per longitudinem  
passuum xiiii. milium cv. ex eo riuo subterraneo  
20 passuum undecimmiliū DCCCLXV. supra terram per  
passus m. ccXL: ex eo substructione riuorum locis  
compluribus passuum DXL: opere arcuato passuum  
DCC. acquisitionum ductus riuī subterranei effici-  
unt passus m. cccv. Quae ratio mouerit Augu-  
stum prouidentissimum principem producendi  
Alsietinam aquam, quae vocatur Augusta, non sa-  
tis perspicio, nullius gratiae, imo & parum salu-  
brem, & nusquam in usus populi fluentem, nisi forte  
cum opus Naumachiae aggrederetur, ne quid salu-  
brioribus aquis detraheret, hanc proprio opere  
perduxit: & quod Naumachiae cooperat superef-  
fe, hortis subiacentibus & priuatorum usibus  
30 ad irrigandum concepsit

Solet tamē ex ea in transyberina regione, quoties pontes reficiuntur, & a citeriore ripa aquae cef-sant, ex necessitate in subsidium publicorum salien-tium dari. Concipitur ex lacu Alsietino via Clau-dia miliario xiiii. diuerticulo dextrorsus passuum vi. milium d. Ductus eius efficit longitudinem pas-suum vigintiduum milium septuaginta duorum: opere arcuato passuum ccclviii. Idem Augustus in supplementum Martiae, quoties siccitates age-rent, auxilio aliam aquam eiūdem bonitatis opere 10 subterraneo perduxit usque ad Martiae riuum, quae ab inuentore appellatur Augusta. Nascitur ultra fontem Martiae, cuius ductus donec Martiae acce-dat, efficit passus DCCC. Post hos C. Caesar, qui Tiberio successit, cum parum & publicis vīibus & priuatis voluptatibus vii. ductus aquarum sufficere viderentur, altero imperii sui anno M. Aquilio Illiano. P. Nonio Asprename cōs. anno vrbis co-dita d c c x c. duos ductus inchoauit, quod opus Claudius magnificentissime consummavit, dedicauitque Sulla & Tutiano cōs. anno post vrbem 20 conditam DCCC. sexto Kal. August. Alteri nomen, quod ex fontibus Caerulo & Cursio perduceba-tur, Claudiae datum, haec bonitate proxima Martiae: Altera, quoniam duea Anienis aquae in vrbem fluere cooperant, vt facilius appellationibus digno-scerentur, Anio nouus vocari coepit, & quod illas omnes praeceperat prior Anio, cognomen ei veteris est, adiectum. Claudia concipitur via Sublacensi ad miliarium xxxviii. diuerticulo sinistrorsus in-30 tra passus ccc. ex fontibus duobus amplissimis & speciosis, Caeruloque, qui a similitudine appellatus est,

est, & Curtio. Accipit & eum fontem qui vocatur Albudinus, tātae bonitatis, vt Martiae quoque ad-iutorio quoties opus est ita sufficiat, vt adiectione sui nihil ex qualitate eius mutet. Augustae fons, quia Martiam sibi sufficere apparebat, in Claudiam deriuatus est, manente nibilominus praesidiario in Martiam, vt ita demum Claudiam aquam adiuuaret, Augusta, si eam ductus Martiae non caperet, Clau-diae ductus habet longitudinem passuum xlvi. milium. Ex eo riuo subterraneo passuum xxxvi. milia ccxxx: opere supra terrā passuum x. milium lxxxii: ex eo opere arcuato in superiori parte pluribus lo-cis passum trium milium & lxxvi. & prope vrbē a vii. miliario subtractione riuum per passus dcix: opere arcuato passum vii. milium ccccxcii. Anio nouus Sublacensi via ad miliarium lxi. in suorū excepit ex flumine, quod cum terras cul-tas circum se habeat soli pinguis, & inde ripas solu-tiores, etiam sine pluviarum iniuria limosum & turbulentum fluit; ideoque a faucibus ductus interposita est piscinia limaria, vbi inter amnem & specum consisteret & liquaretur aqua. Sic quoque quoties imbres superueniunt, turbida peruenit in vrbem. Iungitur ei riuus Herculaneus, oriens ea-dem via ad miliarium xlvi. e regione fontium Claudiae transflumē viamque natura purissimus, sed mixtus gratiam splendoris sui amittit. Ductus Anienis noui efficit passus lvii. milia DCC: ex eo riuo subterraneo passus xlvi. milia ccc: opere supra terrā passus ix. milia cccc: & ex eo substruc-tionibus aut opere arcuato superiori parte pluri-bus locis passus xi i. milia DCC: & propius vrbē a

xii. miliario substructione riuorum passus dcix.  
opere arcuato passus vi. millia ccccxc i. Hisunt ar-  
cus altissimi subleuati in quibusdam locis cix. ped.  
Tot aquarū tam multis necessariis molibus, pyra-  
midas videlicet ociosas cōparem, aut caetera iner-  
tia, sed fama celebrata Graecorum opera? Nō alie-  
num mihi visum est longitudines quoqueriuorum  
cuiusque ductus & per species operum complecti.  
Nam cum maxima huius officii pars in tutela eorū  
sit, scire praepositum oportet quae maiora impen-  
dia exigant. Nostrae quidem sollicitudini non suf-  
fecit singula oculis subiecisse, sed formas quoque  
ductuum facere curauimus, ex quibus apparet vbi  
valles quantaeq; vbi flumina traicerentur, vbi mó-  
tium lateribus spēcūs appliciti, quantoque maiore  
assiduamque perterendi ac muniendi hi exigāt cu-  
ram. Hinc illa contingit utilitas, vt rem statim velut  
in conspectu habere possimus, & deliberare tanquā  
assistentes. Aquae omnes diuersa in vrbē libra pro-  
ueniunt. Inde fit, vt quaedam altioribus locis ser-  
uiant, & quaedam ire enī in eminentiora non pos-  
sint: nam & colles si sunt, propter frequentiā incen-  
diorum ruderibus excreuerūt. Quinque enim sunt  
ductuum altitudines, quarū duae in omnem partē  
vrbis attolluntur, sed ex reliquis aliae maiore, aliae  
leuiore pressura coguntur. Altissimus Anio est nō-  
nius, proxima Claudia, tertium locum tenet Iulia,  
quartum Tepula, deinceps Martia, quae capite etiam  
Claudiae libram aequat. Sed veteres humiliore di-  
rectura perduxerunt, siue nondum subtili explo-  
rata arte librandi, seu quia ex industria infra terram  
aqua mergebant, ne facile ab hostibus intercipe-

A Q V A E D V C T I B V S R O M. 35

rentur, cum frequentia adhuc contra Italicos bel-  
la gererentur. Iam tamen quibusdam locis, sicubi  
ductus vetustate dilapsus est, omisso circu tu sub-  
terraneo vallis tractus, breuitatis caula, substructio-  
nibus, arcuationibusque traiiciuntur. Sextum tenet  
librae locum Anio vetus, similiter suffecturus & alti-  
oribus locis vrbis, sicubi vallium submissarumque  
regionum conditio exigit, substructionibus arcua-  
tionibusque veteres exigentur. Sequitur huius li-  
bram Virgo, deinde Appia; quae cum ex urbano  
agro perducerentur, non in tantum altitudinis eri-  
gi potuerunt. Omnibus humilior Alisetinā est,  
quae trans tyberinac regioni, & maxime subiacen-  
tibus locis feruit. Ex his via Latina, sex intra vii. mi-  
liariū contentis piscinis excipiuntur, vbi quasi res-  
pirante riuorum cursu limum deponunt. Modus  
quoque earum mensuris ibidem positis initut.  
Vna autem Iulia, Martia quoque, quae Tepula in-  
tercepta, sicut supra demonstrauimus, riuo Iuliæ  
accesserat, nūc a piscina eiusdem Iuliæ modū accipit,  
ac proprio canali & nomine venit, & a piscinis in  
eosdem arcus recipiūt. Sūmus iis est Iuliæ, inferior  
Tepulae, deinceps Martiae, quae ad librā collis Vimini-  
alis coniūgitur. Intra \* eūtes ad Viminalē usque  
portā deueniūt, vbi rursus emergūt. Prius tamē pars  
Iuliæ ad spē veterē excepta, castellis ccl ii. montis  
usibus diffundit. Martia autē parte sui post hor-  
tos Pallatiānos in riuū, quivo catur Herculaneus, de-  
iicit se per Coeliū. Ductus ipsius, mótiis usibus, nihil,  
vt inferior, subministrās, initut supra portā Cape-  
nam. Anio nouus cum Claudia a piscinis in altio-  
res arcus recipiuntur, ita vt superior sit Anio,

## 36 IVLII FRONTINI DE

Finiuntur arcus eorum post hortos Pallantianos, inde in vium urbis fistulis deducuntur: partem tamen sui Claudio prius in arcus, qui vocatur Neroniani, ad spem veterem transfert. Ii directi per Coelium montem iuxta templum Divi Claudi terminantur. Modum quem acceperunt, aut circa ipsum montem Coelium, aut in palatum Auentinumque & in trans tyberinam regionem dimitunt. Anio vetus circa quartum miliarium intra no<sup>\*</sup> viae qua a Latina in Labicanam itur, arcus traiicit, & ipse piscinam habet. Inde intra secundum miliarium 10 partem dat in specum, qui vocatur Octavianus, & peruenit in regionem viae nouae ad hortos Asinianos, unde per illum tractum distribuitur. Rectus vero ductus secundum spem veterem veniens, intra portam Exquelinam in altos riuos per urbem deducitur. Nec Virgo, nec Appia, nec Alsietina conceptelas, id est piscinas, habent. Arcus Virginis initium habent sub hortis Lucullianis, finiuntur in campo Martio secundum frontem septorū. Riuus Appiae 20 sub Coelio monte & Auentino actus emergit, vt diximus, infra cliuū Publicii Alsi, & inde eductus est in Naumachiam, nam eius causa videtur factus.

**Q**uoniam autores cuiusque aquae & aetates praeterea ordines & longitudines riuorum, & ordinem librae persecutus sum, non alienum mihi videtur etiam singula subiicere, & ostendere quanta sit copia, quae publicis priuatisque non solum vībus & auxiliis, verum etiam voluptatibus sufficit, & per quod castella, quibusque regionibus 30 deducatur, quantum extra urbem, quantum intra urbem, & ex eo quantum lacubus, quantum mune-

## A QVAE DVCTIBVS ROM.

ribus, quātū operibus publicis, quantū nomine Cae  
faris, quantum priuatis vībus erogetur. Sed ra-  
tionis existimō, priusquam nomina quinariarum  
centenariarumque & caeterorum modulorum, per  
quos mensura constituta est, proferamus, indicare  
quae sit eorum origo, quae vires, & quid quaque  
appellatio significet, praepositaque regula, ad quam  
ratio eorum & initium computatur, ostendere qua-  
ratione discrepantia inueniri, & quam emandan-  
di viam sim securus. Aquarum moduli aut ad di-  
gitorum, aut ad vnciarum mensuram instituti sunt:  
Digitus in campania & in plerisque Italiae locis,  
Vncia in pupula: ita haec obseruantur. Est autem  
digitus, vt conuenit, sextadecima pars pedis: vncia  
duodecima. Quemadmodum autem inter vnciam  
& digitum diuersitas, ita & ipsius digiti simplex ob-  
seruatio non est, nam aliis vocatur quadratus, aliis  
rotundus. Quadratus tribus quartis decimis suis  
rotundo maior: Rotundus tribus undecimis suis  
quadrato minor est: scilicet quia anguli deterātur.  
Postea modulus nec ab vncia, nec ab alterutro di-  
gitorum originem accipiens inductus, vt quidam  
putant, ab Agrippa, vt alii, a plumbariis, per Vi-  
truium architecum in vīsum urbis exclusis priori-  
bus venit appellatus quinario nomine. Qui autem  
Agrippam autorem faciunt, dicunt quod quinque  
antiqui moduli exiles & veluti puncta, quibus  
olim aqua cum exigua esset diuidebatur, in vnam  
fistulam coacti sunt. Qui Vitruium & plumba-  
rios, ab eo quod plumbea lamina plana quinque  
30 digitorum latitudinem habens, circumacta in ro-  
tundum hunc fistulæ modulum efficiat. Sed hoc

incertum est, quoniam cum circumagit, sicut interiore parte attrahitur, ita per illā quae foras spe-  
ctat extendit. Maxime probabile est quinariam di-  
ctam a diametro quinque quadrantū: quae ratio  
in sequentibus quoque modulis usque ad vicenariā  
durat, diametro per singulos adiectione singulorū  
quadratum crescente, ut in senaria quae sex scilicet  
quadrantes in diametro habet, & septenaria quae  
septem, & deinceps simili incremento usque ad vi-  
cenariam. Omnis autem modulus colligitur aut a  
diametro, aut perimetro, aut ex recto mensurae, ex  
quibus & capacitas appetet. Differentiam vñiae,  
digiti quadrati, & digiti rotundi, & ipsius quinariae,  
ut & facilius dignoscamus, vtendum est substatiae  
quinariae, qui modus & certissimus & maxime re-  
ceptus est. Vñiae ergo modulus habet diametri di-  
gitum vnum & trientem digiti, capit plusquā quinariae  
quinariae octaua hoc est seuncia quinariae & scrupuli  
tribus & bessē scrupuli. Digitus quadratus in 20  
rotundū redactus, habet diametri digitum vnum, &  
digiti seuncia sextulam, capit quinariae dextantē.  
Digitus rotundus habet diametri digitum vnu, ca-  
pit quinariae septuncem, semunciam sextulā. Cae-  
terum moduli qui a quinaria oriuntur, duobus ge-  
neribus incrementum accipiunt, & una cum ipsa  
multiplicatur, id est, eodem lumine plures quinariae  
includuntur. In quibus secundum adiectionē  
quiniarum amplitudo luminis crescit. Est autem  
fere nunc in usum, cum plures quinariae impetratae  
fuerint, ne in viis saepius conuulceretur una fi-  
stula, ut excipientur in castellum, ex quo singuli  
fiūm modum recipiunt. Alterum genus est, quo-

AQVAE D VCTIBVS R OM. 39  
ties non ad quinariā necessitatē fistula incremen-  
tum capit, sed ad diametri sui mensuram, secundū  
quod & nomen accipit, & capacitatem ampliat, vt-  
puta quinariā. Cum adiectus est ei ad diametrū  
quadrans, senarium facit, nec iam in solidum capa-  
citetam ampliat. Capit enim quinariam vñā, quin-  
cuncem sicicum, & deinceps eadem ratione qua-  
drantibus diametro adiectis, vt supra dictū est, cre-  
scunt, septenaria, octonaria, usque ad vicenariam.  
Subsequitur illa ratio quae constat ex numero di-  
gitorū quadratorum, qui area, id est lumine cuius-  
que moduli continetur, a quibus & nomen fistulæ  
accipiunt: nam quae habet areæ, id est luminis, in  
rotundum coacti digitos quadratos xxv. vicenum  
quinum appellatur. Similiter tricenaria, & deinceps  
per incrementum digitorum usque ad cētenui-  
cenum. In vicenaria fistula, quae in confinio vtrius-  
que rationis posita est, vtriusque rationi pene con-  
gruit. Nam habet secundum eam cōputationem,  
quae interiacentibus modulis seruanda est in dia-  
metro, quadrates xx. cum diametri eiusdem digiti  
quinque sint, & secundū eorum modulorum ratio-  
nem qui sequuntur ad eā, habet digitorum quadra-  
torum ex gnomoniis xx. ratio fistularum quinaria-  
rum usque ad centenum vicenum per omnes mo-  
dulos ita le habet, vt ostendimus, & in omni genere  
inita costat sibi. Cōuenit & cum his modulis qui in  
cōmentariis inuictissimi & prissimi Principis positi  
& cōfirmati sunt. Siue itaque ratio, siue auctoritas  
sequēda est, utriusque commētiorum moduli prac-  
tae ualent: sed aquarii cum manifestae rationi pluribus  
consentiant, in quatuor modulis nominauerunt  
i iiiij

40 IVLII FRONTINI DE  
duodenaria, & vicenaria, & centenaria, & centenu-  
nicenum. Duodenariae quidem, quod nec ma-  
gnus error nec usus frequens est, diametro adiece-  
runt digiti semunciam, sicilicum capacitati quina-  
riae & bessem. Reliquis autem tribus modulis plus  
deprehenditur. Vicenariam exiguiorem faciūt dia-  
metro digiti semisse, capacitatem quinariis tribus &  
semuncia, quo modulo plerumque erogatur. Cen-  
tenaria autem & centenum vicenum quibus assidue  
accipiunt non minuuntur, sed augmentur, nec usu 10  
frequens est, diametro adiecerunt trientis bessem  
& semunciam, capacitati quinarias x. semissim sem-  
unciam sicilicum. Centeno viceno diametro ad-  
iiciunt digitos tres septuncem semunciam, capaci-  
tati quinarias LXVI. sextantem. Ita dum aut vicen-  
ariae, quas subinde erogant, detrahunt, aut centena-  
riae & centenum vicenum adiiciunt, quibus sem-  
per accipiunt, intercipiuntur in centenaria quina-  
riae XXVII. in cētu vicenū quinariae LXXXVI. vicia:  
quod cū ratione approbetur, re quoq; ipsa manife- 20  
stum est. Nam pro vicenaria, quā Caesar pro quina-  
riis sexdecē assignat, non plus erogat quā tredecim,  
& ex centenaria quā ampliauerūt, aeq; certū est il-  
los non erogare nisi ad arctiorē numerū, quem Cae-  
sar secun dū suos commentarios cū ex quaque cen-  
tenaria expletuit, quinarias octoginta vnā sc.  
Item ex centenum vicenū quinarias XCVIII. tanquā  
exhausto modulo desinit distribuere. In summa  
moduli sunt XXV. omnes consentiunt, & rationi, &  
commentariis, exceptis iis quatuor, quos aquarii no- 30  
minauerūt. Omnia autem quae mensura continen-  
tur, certa & immobilia congruere sibi debent:

A Q V A E D V C T I B V S R O M. 41  
ita enim vniuersitatis ratio constabit, & quemad-  
modum, verbigratia, sextarii ratio ad cyathos, mo-  
dij vero & ad sextarios & ad cyathos respondent,  
ita & quinariarum multiplicatio in amplioribus  
modulis seruare sequentiae suae regulam dēbet:  
alioqui cum in erogatorio modulo minus inueni-  
tur, in acceptorio plus, appetet non errorem esse,  
sed fraudem. Meminerimus omnem aquam quo-  
ties ex erogatorio venit, & intra breve spaciū in  
castellum cadit, non tantum respondere modulo  
suo, sed etiam exuperare. Quoties vero ex humili-  
iore, id est, ex minore pressurā lōgius ducatur, seg-  
nitiam ductus modum quoque deperdere: ideo  
secundum hanc rationem, aut onerandam esse ero-  
gationem aut relevandam. Sed & calicis positio  
habet momentum; si in rectum & ad libram collo-  
catus est, modum seruat; & ad cursum aquae si op-  
positus deuexusque, amplius rapit: ad latus autem  
praetereuntis aquae conuersus & supinus, nec ad  
20 haustum pronus, segniter exiguumque sumit. Est  
autem calix modulus aeneus, qui riuo vel castello  
induitur, huic fistulae applicatur, lōgitudo eius ha-  
bere debet digitos non minus xij. lumen, id est ca-  
pacitatem quanta imperata fuerit. Excogitatus vi-  
detur, quoniam rigor aeris difficilior ad flexum nō  
temere potest laxari vel coarctari. Formula modu-  
lorum, qui sunt omnes XXV. subiecti, quamuis in usu  
XV. tanū frequentes sint, directa est ad rationem, de  
qua locuti sumus, emendatis quatuor, quos aquarij  
30 nominauerant. Secundum quā fistulae omnes opus  
facientes dirigi debent, aut si haec fistulae manebūt,  
ad quinarias quo capitulū computari. Qui non sunt

*HANDBUCH DER ALTHISTORIK*

4<sup>2</sup> IVLII FRONTINI DE  
in vsu moduli, in ipsis est adnotatum, & diametri  
trientem digitum dico quam quinariae sexcuncia,  
& scrupulis tribus, & bessle scrupuli. Digitus quadra-  
tus in longitudine & latitudine aequalis est. Digi-  
tus quadratus in rotundum redactus habet diamet-  
ri digitum vnum, & digitum sexcunciam sextulam,  
capit quinariae dextantem. Digitus rotundus habet  
diametri digitum vnum: capit quinariae septuncē  
semunciam textulam. Fistula quinaria diametri di-  
gitum vnum digitos tres 322111. Capit quinaria  
vnam. Fistula senaria diametri digitum vnum se-  
mis, perimetri digitos quattuor 82v3111. capit  
quinarias ix. 1373. Fistula septenaria diametri di-  
gitū vnū 18: — perimetri digitos sex capit quina-  
rias \* \* 1. In vsu non est fistula octodiametri digi-  
tos duos, perimetri digitos sex capit, quinarias 11.  
quinque. Fistula denaria demetri digitos septem  
3. L1111. capit quinarias quattuor. Fistula duodenaria  
diametri digitos sex capit quinarias quin-  
que, in vsu non est, vnde est alia, apud aquarios ha-  
bebat diametri digitos 111153v. Capacitatis qui-  
narias sex. Fistula quinundenum diametri digitos  
quattuor. 2. perimetri digitos xii 1z1, alia capit qui-  
narias nouem. Fistula vicenaria diametri digitos  
octo. 3 11. capit quinarias sexdecim, apud  
aquarios habebat diametri digitos octo.  
Capacitatis quinas. Fistula vicenū quinum dia-  
metri digitos decem & septē capit, quinarias viginti  
In vsu non est fistula tridenaria diametri vi  
perimetri digitos decem & nouem  
capit quinarias viginti quatuor zz 3. quinque fi-  
stula tricenij quinum diametri digitos sex. 3111.

A QVAE DVCTIBVS R OM. 43  
perimetri digitos capit quinarias  
viginti, in vsu non est fistula quadragenaria dia-  
metri digitos septem perimetri digitos  
xxii. capit quinarias xxxii. Fistula quadragenū  
quinum diametri digitos xii. & viii. perimetri di-  
gitos xxxiiii. capit quinarias xxxvi. octo  
in vsu non est. Fistula quinquagenaria diametri  
digitos septem quinque perimetri  
digitos xxxi. 1111, capit quinarias xl.  
1111. Fistula quinquagenum quinum,  
diametri digitos viii. x. perimetri digi-  
tos xxvi. capit quinarias xl1111  
ix. in vsu non est. Fistula sexagenaria diametri digi-  
tos xxix. capit quinarias xl9. vi. Fi-  
stula sexagenū quinū quinaria diametri digitos ix.  
2111. perimetri xxvi 11. 3. capit quinarias l11.  
octo in vsu non est. Fistula septuagenaria  
diametri digitos ix. zz3. sex perimetri xxix. capit  
20 quinarias l11. 3. sex. Fistula septuagenum quinum  
diametri digitos xi. vi. perimetri digitos. xx.  
capit quinarias xl1. in vsu non est. Fistula  
octogenaria diametri digitos decem xii. pe-  
rimetri digitos xxxii. capit quinarias lxii.  
Fistula octogenum diametri digitos x. perime-  
tri digitos xxx. in vsu non est. Fistula nona-  
genaria diametri digitos x. x. perimetri digi-  
tos xxxiiii. capit quinarias lxxiiii, 1111.  
Fistula nonagenum quinum diametri digitos x.  
30 8. perimetri digitos 1111. & capit quina-  
rias lxxviii. in vsu non est. Fistula centenaria dia-  
metri digitos xi. ix, perimetri digitos xxxiiii.  
capit quinarias lxxxii. apud aquarios habebat dia-

44 IVLII FRONTINI DE  
metri digitos xii. capacitatis quinarias xcii. Fi-  
stula centenarum vicenum diametri digitos xii. peri-  
metri digitos xxxviiii. capit quinarias xxxlviiii.  
apud aquarios habebat diametri digitos xi i i. ca-  
pacitatis quinarias clxiii. Qui modus duarum  
centenariarum est.

FINIS PRIMI LIBRI.

ro

IVLII FRONTINI DE AQUAE  
DVCTIBVS VRBIS ROMAE

L I B R I .

**P**ERSECUTVS ea quae de modulis  
dici fuit necessarium, nunc ponam  
quemadmodum quaque aquarum  
principiū commentariis comprehē-  
sum usque ad nostram curam habere 20  
visa sit, quantū quaeque erogauerit, deinde quae ip-  
siscrupulosa inquisitione, praeiente prouidentia  
optimi diligentissimique principis Neruae, inue-  
nerimus. Fuerunt ergo in commentariis in vniuerso  
quinariarum xii. milia D C C L V: in erogatione  
xi i i i. milia xviii. plus in distributione quam in  
accepto computabantur quinariae M C C L X I I I . Hu-  
ius rei admiratio, cum praecipuum officij opus in  
exploranda fide aquarum, atque copia credere, non  
mediocriter me conuerit ad scrutandum quēad-  
modum amplius erogaretur quam in patrimonio,  
ut ita dicam, esset. Ante omnia itaque capita ductū

A QVAED VCTIBVS ROM. 45  
metiri aggressus sum, sed longe, id est circiter qui-  
nariis x. milibus ampliorem quam in commentariis  
modum inueni, ut per singulas demonstrabo  
**A**ppiae in commētariis ascriptus est modus qui-  
nariarum DCCC. Vniuscuiusque ad caput inue-  
niri mensura non potuit, quoniam ex duobus  
riuis constat. Ad gemellas tamen, qui locus est intra  
spem veterem, ubi iungitur cum ramo Augustae, in-  
ueni altitudinem aquae pedes quinque, latitudinē  
aquae pedis vnius & do drans. Fiunt areae pedes  
octo & do drans, centenariae xxii. & quadragena-  
riae, quae efficiunt quinarias MDCCCCXXV. amplius  
quam in commentariis habent quinarias DCCCCLX-  
XXII. erogabat quinarias DCCIII minus quā in  
cōmētariis ascribitur quinariis cxxxvi. & adhuc  
minus quam ad gemellas mensura respondet quina-  
riis M C C X I . Intercidit tamen aliquantum ex ductus  
vitio, qui cum sit depressior non facile manationes  
ostendit, quas ei inesse ex eo apparet, quod in pleris-  
que vrbis partibus praebita aqua obseruatur, id-  
que quod ex eo manat. Sed & quasdam fistulas in-  
tra vrbem inuentas deprehendimus. Extra vrbem  
autem propter pressuram librae, quae fit cis terram  
ad caput pedibus l. nullam accipit iniuriam, sicut  
inueni. Anieni veteri ascriptus est modus in com-  
mentariis quinariarum M C C C X X I . ad caput inueni  
quatuor milia cccxcvi i i i. praeter eum modum qui  
in proprium ductum Tiburtinum deriuatur. Am-  
plius quam in commentariis est quinariis duobus  
milibus D C C L V I I . Erogabatur antequam ad pisci-  
nam perueniret, quinariae ducētae sexagintuae.  
Modus in piscina quae per mensuras positas ini-

## HALAE AVGVSTINIANAE

46

LVII FRONTINI DE  
tur, efficit quinarias duo milia trecentas sexaginta  
duas. Intercidebant ergo inter caput & piscinam  
quinariae MDCCCLXXXIII. erogabat post piscinam quinariae  
MCCCXLVI 11. amplius quam in commentariis  
conceptionis modum significari diximus quinariis  
LXIII. minus quam recipi in ductum potest. Nam  
posuimus quinarias MXIII. Summa quae inter ca-  
put & piscinam, & post piscinam intercidebat, qui-  
nariarū 11. milium DCCLXXXVIII. quod errore men-  
surae fieri suspicarer, nisi inuenissem vbi auerteren-  
tur mille CLXII. Martiae in commentariis ascrip-  
tus est modus quinariarum duo milium centumse-  
xagintaduarum. Ad caput mensus inueni quinarias  
quatuor milia sexcentas nonaginta, amplius quam  
in commentariis est quinariis duobus milibus quin-  
gentis vigintio eto. Erogabantur antequam ad pis-  
cinam perueniret, quinariae xc. & dabantur in ad-  
iutorium Tepulae quinariae xcii. Item Anieni  
quinariae CLXIII. Summa quae erogabatur ante  
piscinam, quinariae CCCL I. Modus qui in piscinam 20  
mensuris positis cum eo qui circa piscinae ductum  
eo dem canali in arcu excipitur, efficit quinarias 11.  
milia DCCCCXLIIII. Sūma quae aut erogatur ante pis-  
cinam, aut in arcu recipitur quinariarum 111. mi-  
lium CCXCV. amplius quam inconceptis comētario-  
rum positum est quinariis MCXXI 11. minus quam  
mensurae ad caput aetac efficiunt quinariis MCCC-  
xcv. Erogabat post piscinam quinarias MDCCXL.  
minus quam in commentariis conceptionis signi-  
ficari diximus quinariis CCXXVI 11. minus quam ex  
piscina in arcus recipiuntur, sunt quinariae MCIII.  
Summa utraque quae intercidebat aut inter caput

## AQUAEDUCTIBVS ROM.

47

& piscinam, aut post piscinam quinariarum duum  
milium quingentiarum, quas sicut in caeteris pluri-  
bus locis intercipi deprehendimus. Non enim eas  
cessare manifestum est, etiam ex hoc eo quod e ca-  
pite praeter eam mensuram quam nos comprehen-  
disse capacitate ductus posuimus, effunduntur am-  
plius CCC. quinariae. Tepulae in commentariis as-  
criptus est modus quinariarum quadrungentiarum.  
Huius aquae fontes nulli sunt, venis quibusdam  
constabat, quae interceptae sunt in Iulia. Caput er-  
go eius obseruādum est a piscina Iuliae. Ex ea enim  
primum accipit quinarias cxc. deinde statim ex  
Martia quinarias xcii. Praeterea ex Aniene nouo  
ad hortos Epaphroditianos quinarias CLXIII. Fiūt  
omnes quinariae CCCCXLV. amplius quam in com-  
mentariis quinariis XLV. quae inde erogantur, nec  
comparent. Iuliae in commentariis ascriptus est mo-  
odus quinariarum DCXLIX. ad caput mensura iniri  
non potuit, quoniam ex pluribus acquisitionibus  
constat, & ad sextum ab urbe miliarium vniuersa in  
piscinam recipitur, vbi modus eius manifestis men-  
sulis efficit quinarias MCCVI. amplius quam in com-  
mentariis quinariis DLIII. Praeterea accepit pro-  
pe urbem post hortos Pallantianos ex Claudia qui-  
nariae CLXII. Est omne Iuliae in acceptis quina-  
riae MCCCLXVII. ex eo dat in Tepulam quina-  
rias cxc. Erogat suo nomine DCCCCXCI 11. fuit  
quas erogat quinariae DCCCCXCI 11. amplius  
quam in commentariis habet quinarias CCCXLII 11.  
minus quam in piscina habere posuimus CXXI 11.  
quas ipsas apud eos qui sine beneficiis Principis  
vsurpabant deprehendimus. Virginī in com-

IVLII FRONTINI DE  
mētariis ascriptus est modus quinariarum DCLII.  
minus. Mensura ad caput inueniri non potuit, quo-  
niam ex pluribus acquisitionibus constat, & lenio-  
re riuo intrat prope urbem ad miliarium septimum  
in agrum, qui nunc est ceroni commodi vbi velo-  
ciorem cursum habet. Mensuram egi, quae efficit  
quinariarum duo milia DIII. amplius quam in cō-  
mentariis quinariis mille DCLII. Omnibus appro-  
batio nostra expeditissima est. Erogat enim omnes 10  
quas mensura deprehendimus ad duo milia DIII.  
Alsietinae conceptionis modus nec in commenta-  
riis ascriptus est, nec in re praesēti certus inueniri po-  
tuit, cū ex lacu Alsietino, & deinde circa careas ex Sa-  
batino, quantum aquarii temperauerunt, habet nō  
plus quinariis duobus milibus. Claudia abundan-  
tior aliis maxime iniuria exposita est. In commen-  
tariis habet non plus quinariis duobus milibus oc-  
tingentis quinquaginta quinque, cum ad caput in-  
uenierim quinarias IIII. milia DCVII. amplius quā 20  
in commentariis mille DCLII. Adeo autem no-  
stra certior est mensura, vt ad septimum ab urbe mi-  
liarium, in piscina vbi indubitate mensuræ sunt,  
inueniamus quinariarum tria milia CCCXII. plus  
quam in commentariis CCCLVII. quamvis & ex be-  
neficiis ante piscinam eroget, & plurimum abra-  
hi deprehenderimus, ideo quod minus inueniatur,  
quam reuera esse debeant quinariis mille CCXCV. &  
circa erogationem fraudus apparet, quod neque ad cō-  
mentariorum fidem, neque ad eas quas ad caput  
egimus mēsuras, neque ad illas saltem piscinas post 30  
tot iniurias conuenit. Solae enim quinariae mille  
DCL. erogantur minus quam commentariorū ratio  
dat

dat quinariis mille cv. minus autem quam mensu-  
rae ad caput factae demōstrauerunt quinariis duo-  
bus milibus DCCCLVII. minus etiam quam in piscina  
inuenit quinariis mille DLXII. Itaque cum syncera  
in urbem proprio riuo perueniret, in urbe misceba-  
tur cum Aniene nouo, ut confusione facta, & con-  
ceptio earum, & erogatio esset obscurior. Quod si  
qui forte me acquisitionum mensuris blandiri pu-  
tant admonēdi sunt Curtium & Caeruleum fōn-  
tes aquae Claudiæ sufficere ad præstandas ductui  
suo quinarias quas significauit IIII. milium DCVII.  
vt præterea mille DC. effundantur. Nec eo inficias  
quin ea quae superfluunt, non sint proprietas horum  
fontium. Capiuntur enim ex Augusta, quae inuen-  
ta in Martiae supplementum, dum illa non indiget,  
adiecmus fontibus Claudiæ: quāuis ne huius qui-  
dem ductus omnem aquā recipiat. A N L O monus in  
commentariis habere ponebatur quinarias IIII.  
milium CCLXI II. mensus ad caput reperi quinarias  
20 IIII. milium DCCXXXVI I. amplius quam in con-  
ceptelis commentariorum est quinariis mille CCC-  
LXXV. quarum acquisitionem non audie me ample-  
x. Et quo non alio modo manifestius probem quam  
erogatione ipsorum commentariorum, maior pars  
earum continetur. Negatur enim quinariarum IIII.  
milium CCXI. alioquin in eisdem commentariis in-  
uenitur conceptio, non amplius quam trium milii  
CLXIII. Praeterea intercipi non tantum quingētas  
XXVII. quae inter mensuras nostras & erogationem  
30 intersunt, sed & longe ampliorem modum depre-  
hendi; ex quo apparet etiam exuberare comprehen-  
sionis a nobis mensuram. cuius rei ratio est, quod vis  
ō

50. MVLII FRONTINI DE  
aqua rapacior, vt ex largo & celeri flumine excep-  
velocitate ipsa ampliat modum. Non dubito ali-  
quos annotaturos quod longe maior copia actis  
mensuris inuenta sit, quam erat in commentariis  
Principum. Cuius rei causa error est eorum qui ab  
initio parum diligenter vniuersi que fecerūt aesti-  
mationē, ac ne metu aestatis ac siccitatū intantum a  
veritate eos recessisse credam, constantibus quidem  
ipsis mensuris Iulio mense, hanc vniuersi que co-  
piam quae suprascripta tota est deinceps aestate du-  
rante explorauerim. Quaecunque tamen est causa 10  
a qua procedit illud, vtique detegitur x. milia qui-  
nariarum intercidisse, dum beneficia sua princeps  
secundum modum commentariis ascriptum tem-  
perat. Sequens diuersitas est, quod alius modus cō-  
cipitur ad capita, alius, nec exiguo minor, in pisci-  
nis, minimus deinde in distributione continetur,  
cuius rei causa est fraus aquariorum, quos aquas ex  
publicis ductibus in priuatorum usum deriuare de-  
prehendimus. Sed & plerique possessorum ex quo-  
rum agris aquae circunducuntur, fraude formas ri-  
uorū perforāt: vnde fit vt ductus publici hominibus  
priuatis vel ad hortorū usum subseruiāt, vel ad itine-  
ra suspēdāt. Ac de vitiis eiusmodi nec plura, nec me-  
liora dici possunt, quam a Coelio Ruffo dicta sunt  
in ea concione cui titulus est de aquis, quae nunc  
nos omnia simili licentia usurpata, vtinam non per  
offensas probaremus. Irriguo agros, tabernas,  
coenacula, & corruptelas denique omnes perpe-  
tuis salientibus instructas inuenimus, non quod 30  
falsis titulis aliae pro aliis aquae erogabantur, etiā  
inter leuiora cæteris vitia. inter ea tamē quae emē-

A Q V A E D V C T I B V S R O M. 51  
dationem videbantur exigere, mirandum est, quod  
fere circa montem Coelium & Auentinum accidit,  
qui colles prius quam Claudia perduceretur, ut ebā-  
tur Martia & Iulia: sed posteaquam NERO Impera-  
tor Claudiam opere arcuato assumpsit, exceptā us-  
que ad templum Divi Claudi perduxit, vt in te di-  
stribueretur, priores nō ampliatae, sed amissae sunt:  
nulla enim castella adiecit, sed iisdem usus quorum  
quamvis mutata aqua, vetus appellatio manet.  
Satis iam de modo cuiusque & velut in noua quā-  
dā acquisitione aquarū, & fraudibus, & vitiis, quae  
circa eas erant, dictum est: superest vt erogationem,  
quam confectam, vt sic dicā, in massam inuenimus,  
imo & falsis nominibus positam, per nomina aqua-  
rū, vti quaeque se habet, & per regiones vrbis dige-  
ramus. Cuius cōprehensionē scio non ieunām tātū,  
sed etiam perplexam videri posse. Poneamus tamen  
quambrenissime, ne quid velut formulæ officij de-  
sit his, quibus sufficiet cognouisse summa: licebit  
20 tamen transire leuiora. Ut ergo distributio quina-  
riarum xiiii. millium x. & viii. Ita & quadrigena-  
riarū xxxvi. quia vna quandoque ex quibusdā aquis  
in adiutorium aliarū datur, & bis in speciem eroga-  
tionis cadit, sed semel in cōputationē venit. Ex his  
diuidūtur extra urbē quinariae iiiij. milia Lxiiii. ex  
quibus nomine Caesaris quinariae mille DCCXXVII.  
priuatis quinariae ij. milia CCCXXXVI. Reliquæ intra  
urbem mille DCCCLV, distribuebantur in castella  
ccxlvii. quibus erogabantur sub nomine Cae-  
sarquinariae mille DCCCV i i semis: priuatis qui-  
30 nariarum ii i. milia DCCCXLVII usibus publi-  
cis quinariarum i i i. milia CCCCI. ex eo castris  
ō ij

HAL  
IVLII FRONTINI DE  
52 ducentis quinariae CCLXXIX. operibus publicis  
septuaginta quinque quinariae MMCCCCI. muneri-  
bus trigintanouem quinariae CCCCLXXXII. lacubus  
quingentis nonaginta uno quinariae MCCCXXXV.  
Sed & haec ipsa dispensatio per nomina aquarū ad  
regiones vrbis partienda est. Ex quinariis ergo qua-  
tuordecim milibus x. & VI. quam summam ero-  
gationibus omnium aquarum exposuimus, dantur  
nomine Appiae extra vrbem quinariae tantummo-  
do quinque, quoniam librā humilior oritur, & a  
metitoribus reliquae quinariae DCCXIX. intra vr-  
bem diuidebantur per regiones secundam, V. VI. VII.  
IX. XI. XII. XIII. XIV. in castella xx. ex quibus no-  
mine Caesaris quinariae CL I. priuatis quinariae  
CXCIIII. publicis quinariae CCCLIIII. ex eo castris  
vnis quinariae II. operibus publicis quatuorde-  
cim quinariae CXXIIII. muneri vni quinariae I. la-  
cubus nonaginta duobus quinariae CCXXVI. Anio-  
nis veteris erogabantur extra vrbem nomine Cae-  
saris quinariae CLXIX. priuatis quinariae CCCIIII. 20  
Reliquae quinariae mille DVII. semis, intra vrbem  
diuidebantur per regiones primam, III. IV. V.  
VI. VII. VIII. XII. XIII. in castella XXXV. ex quibus  
nomine Caesaris quinariae LX. vsibus priuatis qui-  
nariae CCCXC. publicis quinariae CLII. ex eo castris  
vnis quinariae L. operibus publicis decē & nouem  
quinariae CXCVI. muneribus nouem quinariae LXXX-  
VII. lacubus nonaginta quatuor quinariae CCXVIII.  
Martiae erogabantur extra vrbem nomine Cae-  
saris quinariae CCLXIX. Reliquae quinariae MCCCCLXX-  
II. intra vrbem diuidebantur per regiones primam, 30  
III. III. V. VI. VIII. IX. XIII. In castella LI. ex

AQVAE DVCTIBVS R OM. 53  
quibus nomine Caesaris quinariae CXVI. priuatis  
quinariae DXLIII. castris quatuor quinariae XLII.  
operibus publicis quindecim quinariae XL I. mune-  
ribus duodecim quinariae CIII. lacubus centum-  
quatuordecim quinariae CCLVI. Tepulae erogabā-  
tur extra vrbem nomine Caesaris quinariae LVIII.  
priuatis LV. Reliquae quinariae CCCXXXI. intra vr-  
bem diuidebantur per regionem III. V. VI. VII.  
in castella XIII. ex quibus nomine Caesaris quina-  
riae XXXIIII. priuatis quinariae CCXXVI. vsibus  
publicis quinariae L. ex eo castris duobus quinariae  
xII. operibus publicis tribus quinariae VI. lacubus  
tredecim quinariae XXXII. Iuliae fluebant extra vr-  
bem nomine Caesaris quinariae LXXXV. priuatis qui-  
nariae CXXII. Reliquae quinariae DXLVII. Intra  
vrbem diuidebātur per regiones II. III. V. VI. VIII.  
X. XII. in castella decem & septem, ex quibus nomi-  
ne Caesaris quinariae XVII. vsibus publicis qui-  
nariae CCCLXXIIII. ex eo castris quinariae LXIX. ope-  
ribus publicis quinariae CXXI. muneribus quina-  
riae LXVI. lacubus vigintiocto quinariae LXV.  
Virginis nomine exibant extra vrbem quinariae CC.  
Reliquae quinariae MMCCCIII. intra vrbem diuide-  
bantur per regiones VII. VIII. XIII. in castella  
XXVI. ex quibus nomine Caesaris quinariae DXLIX.  
priuatis quinariae CCCXXXVI. vsibus publicis  
MCCCCXXII. ex eo muneribus duobus quinariae XXVI.  
lacubus vigintiquinque quinariae LXI. operibus  
publicis sexdecim quinariae MCCCLXXX. in quibus  
30 per se Euripo cui ipsa nomen dedit quinariae CCCC-  
LX. Alsietinae quinariae CCCXCII. Haec tota extra  
vrbem consumitum nomine Caesaris quinariae  
6 iij

54 IVLII FRONTINI DE  
CCCCLIII, priuatis quinariae CXXXVI 11. Claudia  
& Anio nouus extra urbem proprio quaeque riuo  
erogabatur, intra urbem confundebatur, & Clau-  
dia quidem extra urbem nomine Caesaris dabat  
quinarias CCXVI 11. priuatis quinarias CCCC-  
XXXIX. Anio nouus nomine Caesaris DCCXXV-  
111. Rel quae vtriusque quinariae MMCCCC-  
CXCVI 111. intra urbem diuidebantur per regiones  
urbis XIIII. in castella XCII. ex quibus nomine Cae-  
sar is quinariae MDCCCCV. priuatis quinariae MLXVII.  
vibus publicis quinariae MXII. ex eo castris noue  
quinariae CXLI 11. operibus publicis decimo octo  
quinariae CCLIX. muneribus duodecim quinariae  
CVI 11. lacubus centuuigintis sex quinariae CCCCXXVII.  
**H**Aec copia aquarum ad Neruam Imperatorem  
vsque computata ad hunc modum describe-  
batur, nunc prouidentia diligentissimi Princi-  
pis, quicquid aut fraudibus aquariorum intercipie-  
batur, aut inertia peruertebat, quasi noua inuentio-  
ne fontium accreuit, ac prope publicata vberitas est,  
20 et  
tum & sedula deinde partitione distributa, vt re-  
gionibus quibus singulæ seruiebant aquæ, plures  
darentur, tanquam Coelio & Auentino, in quos  
sola Claudiaper arcus Neronianos ducebatur. Quo  
fiebat, vt quoties defectio aliqua interuenisset, ce-  
leberrimi colles fitirent, quibus nunc plures aquæ,  
& in primis Martia redditæ ampliore opere a Coe-  
lio in Auentinum vsque perducitur, atque etiam  
omni parte urbis lacus tam noui quam veteres ple-  
riique binos salientes diuersarum aquarum acce-  
runt, vt si casus alterutram impediret, altera suffi-  
ciente non destitueretur usus. Sentit hanc curam  
30

AQVAEDVCTIBVS ROM. 55  
imperatoris piissimi Neruae principis sui Regina  
& domina orbis indies, quæ terrarum dea consi-  
stit, cui par est nihil, & nihil secundum, & magis sen-  
tiet salubritas eiusdem aeternæ urbis, aucto castel-  
lorum, operum, munerum, & lacuum numero, nec  
minus ad priuatos commodum quod ex incremen-  
to beneficiorum eius diffunditur. Illi quoque qui  
timidi illicitam aquam ducebant, securi nunc ex be-  
neficiis fruuntur. Ne pereutes quidem aquæ, ocio-  
sæ sunt. nam immundiarum facies, & impurior  
spiritus, & causæ grauioris coeli, quibus apud ve-  
teres urbis infamis aer fuit, sunt remotæ. Nō pree-  
terit me deberi operi nouae erogationis ordinati-  
onem, sed haec cum incremento adiunxerimus,  
intelligi oportet non esse eam ponendam nisi cum  
consummata fuerit. Quid, quod nec hoc diligētiae  
Principis, quam exactissimam ciuibus suis praestat,  
sufficit, parum praesidii ac voluptatis nostris contu-  
lisse lese credentis, quod tantam copiam adiiciat,  
nisi eam synceriorem iucundioremque faciat? Ope-  
rae precium est ire per singula, per quae ille occur-  
rendo vitiis quorumdam, vniuersis adiecit utilita-  
tem. Etenim quando ciuitas nostra vel cum exigui  
ymbres superuenerat, non turbulentas limosasque  
aquas habuit? nec quia hoc vniuersis ab origine  
naturæ est, aut quia istud incommodum sentire  
debeant quod capiuntur ex fontibus, in primis  
Martia & Claudiæ, ac reliquæ, quarum splendor  
a capite integer, nihil aut minimum pluvia inqui-  
30 natur, si putei extructi obiecti sunt. Aquæ Anio-  
nis minus permanent limpidae: Nam sumitur ex  
flumine, ac saepe etiam sereno turbatur, quoniam  
ō iiii

Anio quamvis purissimo defluens lacu, mobilibus tamen cedentibus ripis, aufert aliquid quo turbetur priusquam deueniat in riuos. quod incommodum non solum hybernis ac vernalis, sed aestiuis hymbribus sentit, quo tempore exit gratior aquarum sinceritas. Ex iis igitur alter, id est Anio vetus, cū plerumque libra sit inferior, incommodum infra se tenet. Nouus autem Anio vitabat caeteras: nam cum editissimus veniat, & in primis abundans, aliquando defectioni aliarū succurrerit. Imperitia vero aquariorum, deducentium in alienos eum specus frequentius quam explemento opus erat, etiam sufficentes aquas inquinabat, maxime Claudiam, quae per multa milia passuum proprio ducta riuo, Romae demum cum Anione permixta, in hoc tempore perdebat proprietatem, adeo que obuenientibus non succurrebat, ut pleraeque aquae accerserentur per imprudentiam, non ut dignum erat aquis parientium Martiam, ita ut ipsam splendore & rigore gravissimam, balneis ac fulonicis, & relatū quoque foedis ministeriis deprehenderimus seruientem. Omnes ergo discerni placuit, tum singulas ita ordinari, ut in primis Martia potui tota seruiret, & deinceps reliquae secundum suam quaeque qualitatem aptis usibus assignarentur, sic ut Anio vetus pluribus ex causis, quo interiore excipitur minus salubris, in hortorum rigationē, atque in ipsis urbibus sordidiora exiret ministeria. Nec latius fuit principi nostro caeterarū restituisse copiā, sed etiā gratia. Anionis quoque noui vitia excludi posse vidit. Omissō enim flumine, repeti ex lacu qui est super

villā Neronianā Sublacēsem, vbilympi diffissima est, iussit. Nam cum oriatur Anio supra Trebā augustā, seu quia per saxos montes decurrit, paucis circa ipsum oppidis obiacentibus cultis, seu quia lacus altitudine, in quo excipitur, velut depuratur, imminentium quoque nemorum opacitate inumbatus, frigidissimus simul ac splēdidissimus eo peruenit. Haec tam felix proprietas aquae omnibus dotibus aequatura Martiam, copia vero superatura, veniet in locū deformis illius ac turbidae. Nouum Imperatorem Caesarem Neruam Traianum Augustum praescribente titulo. \* Sequitur ut indicemus quodius ducendae sit aquae, quaeve cura ductuū sit habenda, quorum alterum ad cohibendos intramodum impetrati beneficii priuatos, alterum ad ipsorum ductuum pertinet tutelam. in quibus dum altius repeto leges de singulis, quas late quidē apud veteres obseruatas inueni, earum aequitatem prudētiamque reticendam non censui. Apud antiquos omnis aqua in publicos usus erogabatur, legesque cautum ita fuit, ne quis priuatus aliam ducat, quā quae ex lacu humum accedit ( haec enim verba sunt eius legis ) id est quae ex lacu abundauit, eam nos caducam vocamus: Et hacc ipsa non in aliū usum, quam in balnearū, aut fullonicorum dabatur: eratque vestigialis statuta merces, quae in publicum pederetur: aliquid & in domos principum dabatur, concedentibus reliquis. Ad quem autem magistratum ius dandae venduae aquae pertinuerit, in iis ipsis legibus variatur. Interdum enim ab Aedilibus, interdum a Censoribus permisum inuenio; sed apparet quoties in Repub. erant, ab illis potissimum

IVLII FRONTINI DE  
mum petiūm: cum ii non erant, Aediliū eam potestatē fuisse. Ex quo manifestum est, quāto potior cura maioribus communiū vtilitatum, quam priuatarum voluptatū fuerit, cum ad vsum publicū pertineret etiam ea aqua, quam priuati ducebant. Tuttelam autem singularum aquarum locari solitā inuenio, positamque redemptoribus necessitatē certum numerum circa duētus extra urbem, & certum in urbe seruorum opificum habendi, & quidem ita, ut nomina quoque eorum quos habituri erant in ministerio, per quasque regiones in tabulas publicas deferrent, eorumque operū probandorum curam fuisse per Censores aliquādo & Aediles, interdum etiam Censoribus eam prouinciam obuenisse, ut appareat ex eo quod factum est C. Liciano Cefula & M. Fabio Censoribus. Quantopere autem curae fuerit ne quis violare duētus, aquamve non concessam deriuare auderet, cum ex multis apparet potest, tum ex hoc, quod Circus Maximus ne diebus quidem ludorum Circensium, nisi Aediliū aut Censorum permisso irrigabatur: quod durasse etiā postquā res ad curatores transiit sub Augusto apud Atteum Capitonem legimus. Agri vero qui aqua publica contra legem essent irrigati, publicabātur: Mancipia etiam, sicut ea quae aduersus legem multa loco fecisse dicebantur. In iisdem legibus adiectum est ita: *N equis aquam oletato dolo malo, ubi publice salit: si quis olet arit, sefteriorum x. milium multa esto.* Oletato videtur esse oīdam facito, cuius rei causa Aediles curules iubebantur pervicos singulos ex iis 30 qui in uno quoque vico habitarent praediaue haberent, binos praeficere, quorum arbitratu aqua in

publicum saliret. Prīmus M. Agrippa post aedilitatem quam gessit, cōsularis, operum suorum & munierum veluti perpetuus curator fuit, qui iam copia permittente descripsit, quid aquarum publicis operibus, quid lacubus, quid priuatis daretur. Habuit & familiam propriam aquarū, quae tueretur ductus, atque castella & lacus. Hanc Augustus haereditate ab eo sibi relictam publicauit. Post eum Q. Aelio Tuberone, P. Fabio Maximo iterum coss. in re, quae usque in id tempus quasi potestate acta, certo iure eguisset, Senatus consulta facta sunt, ac lex promulgata. Augustus quoq; edito cōplexus est, quo iure vterentur qui ex cōmentariis Agrippae aquas haberent, tota re in sua beneficia translata. Modulos etiam, de quibus dictum est, constituit, & rei continenda ex exercendaeque curatorem fecit Mes-salamCoruinum, cui adiutores dati Postumius Sul-pitius praetorius & L. Cominius Pedarius, insignia eis quasi magistratibus concessa, deque eorum officio Senatus consultum factum, quod infra scriptum est. S. C. quod Qu. Aelius Tubero, P. Fabius Ma-ximus coss. V.F. de iis qui curatores aquarum publicarum ex Senatus consulto a Caesare Augusto nominati essent ordinandis, D. E. R. Q. F. P. D. E. R. I. c. placere huic ordini eos qui aquis publicis praeessent, cum eius rei causa extra urbem essent, lictores binos, & seruos publicos ternos, architectos singulos, & scribas, & librarios, accensores praeconesque totidem habere, quōt habent ii per quos frumentum plebci datur. Cum autem in urbe eiusdem rei causa aliquid agerent, caeteris

IVLII FRONTINI DE  
apparitoribus iisdem, praeterquam lictoribus, vtiq;  
quibus apparitoribus. Ex hoc S. C. curatoribus  
aquarum, vti liceret eos diebus x. proximis, quibus  
S. C. factum esset, ad aerarium deferrentur, qui que  
ita delati essent, iis praetores aerarii mercedem, ci-  
baria, quanta praefecti frumento dando, dare defer-  
reque solent, annua darent & attribuerent, iisque  
cas pecunias sine fraude suas facere licet: vti que ta-  
bulas, chartas, caeteraque quae eius curationis cau-  
sa opus esset, iis curatoribus praebenda, Q. Aelius,  
P. Fabius coss. ambo alterue, si iis videbitur, adhi-  
bitis praetoribus qui aerario praesint & praebenda  
locent. Itemque cum viarum frumentique curato-  
res, qui quarta parte anni publico fungebantur mi-  
nisterio, vt curatores aquarum iudiciis vacent pri-  
uatis publicisque. Apparitores & ministeria, quam-  
uis perseveret adhuc aerarium in eos erogare, ta-  
men etiam curatorum videntur desisse inertia, &  
segnitia non agentium officium. Egressi autem vr-  
bem duntaxat agendae rei causa, Senatus praesto  
esse lictores iussat: nobis circumventibus riuos,  
fides nostra & auctoritas a Principe data pro licto-  
ribus erit. Cum tem produxerimus ad initium cu-  
ratorum, non est alienum subiungere, qui post Mes-  
salam huic officio ad nos vsque praefuerint. Mes-  
salae successit Silio & Plautio coss. Atteius Ca-  
pito: Capitoni, L. Martio, C. Antistio vetere coss.  
Satrius Rufus: Satrio, Sergio Cornelio Cethego, L.  
Visellio Varrone Coss. M. Cocceius Nerua, Diui  
Neruae auus, scientia iuris illustris. Huic successit 30  
F. Persico L. Vitellio coss. C. Octavius Laenias:  
Laenati, Iuliano & Nonio Asprename coss. Aqui-

## AQUAEDVCTIBVS ROM.

61

la. Huic successit M. Porcius Cato: post que Sexto  
Nonio Celere & Iunio Quinctiliano coss. Didius  
Gallus: Gallo, Qu. Veranio, Pompeio Longino  
coss. Cn. Domitius Afer: Afro, Nerone Claudio  
Caesare quartum, & Cocco Cossi filio coss. L. Piso:  
Pisoni, Virginio Rufo & Memmio Regulo coss.  
Petronius Turpilianus: Turpiliano, Crasso Frugi &  
Lecanio Basso coss. P. Marius: Mario, L. Telesto  
10 & Suetonio Paulino coss. Foteius Agrippa: Agrip-  
pae, Silio & Galerio Trachalo coss. Alipius Cris-  
pus: Crispo, Vespasiano tertium & Cocceio Nerua  
coss. Pompeius Siluinus: Siluino, Valerio, & Mes-  
salino coss. T. Anius Flauianus: Flauiano, Vespa-  
siano quintu & Tito tertium coss. Acilius Auila.  
Post quem Imperatore Nerua tertium & Virginio  
Rufo tertium coss. ad nos cura translata est. Nuc  
quid obseruare curator aquarum debeat, & leges  
Senatusque consulta ad instruendum eum pertin-  
entia subiungam. Circa ius ducendae aquae in pri-  
uatis haec obseruanda sunt, ne quis sine literis Caesa-  
ris, id est ne quis aquam publicam non impetratam,  
& ne quis amplius quam impetratum fuerit, ducat.  
Ita enim efficiemus, vt modus quem acquiri dixi-  
mus, possit ad nouos salientes, & ad noua Principis  
beneficia pertinere. In vtroque autem magna cura  
multiplici opponenda fraudi est. Solicite subinde  
duetus extra urbem sunt circumventi ad recogno-  
scenda beneficia. Idem in castellis salientibus publi-  
cis faciendum, vt sine intermissione diebus nocti-  
busque aqua fluat, quod Senatus quoque consulto  
30 curator facere iubetur, cuius haec quoque verba  
sunt: Aelius Tubero, & P. Fabius Maximus o. v. R.

cos. de numero publicorum salientium qui in vrbe esent, intraque aedificia vrbis coniuncta, quos M. Agrrippa fecisse Q. F. P. de ea re ita censuerunt, neque augeri placere, nec minui numerum publicorum salientium, quos nunc esse retulerunt ii quibus negocium a Senatu est imperatum, vt inspicerent aquas publicas, inuentque numerum salientium publicorum. Itemque placere curatores aquarum, quos Senatuscon. Caesar Augustus ex Senatus autoritate nominauit, dare operam vt salientes publici quamassiduissime interdiu & noctu aqua in usum populi funderet. In hoc S. C. crediderim annotandum, quod Senatus tam augeri quam minui salientium publicorum numerum vetuerit, id factum existimo, quia modus aquarum, quae iis temporibus in urbem veniebant, antequam Claudio & Anio nouus produceretur, maiorem erogationem capere non videbatur. Qui aquam in usus priuatos deducere volet, impetrare eam debet, & a Principe epistolam ad curatorem afferre. Curator deinde beneficio Caesaris praestare maturitatem, & procuratorem eiusdem officii libertum Caesaris protinus scribere. Procuratorem autem primus T. Claudius videtur admouisse, postquam Anionem nouum & Claudias induxit. Quid contineat epistola Iulia, fieri quoque notum debet. Ne quando negligentiam, aut fraudem suam ignoratiae colore defendat Procurator, calicem eius moduli, qui fuerit impetratus, adhibitis libratoribus signari cogitet, & diligenter intendat mensurarum quas supra diximus modum, & earum notitiam habeat, ne sit in arbitrio libratorum interdum maioris luminis, interdum minoris pro-

gratia personarum calicem probare: sed neque statim adhuc liberu subiiciendi qualemcumq; plumbeam fistulam permittat arbitrium. verum eiusdem luminis, quo calix signatus est, eundem per pedes quinquaginta prope det, sicut Senatuscōsulto, quod subiiciendum est, cauetur. Quod Q. Aelius Tubero, P. Fabius maximus cos. v. f. quosdam priuatos ex riuis publicis aquam ducere. Q. D. E. R. F. P. 10  
ne cui priuato aquam ducere ex riuis publicis liceret: vtique omnes ii quibus aquae descendae ius esset datum, ex castellis ducerent, animaduetererentque curatores aquarum, quibus locis intra extraque vrbem apte castella priuati facere possent, ex quibus aquam ducerent, quam ex castello communem accepissent a curatoribus aquarum. ne cui eorum, quibus aqua daretur publica, ius esset intra quinquaginta pedes eius castelli, ex quo aqua ducerent, laxiorem fistulam subiicere quam quinaria. 20  
In hoc Senatusconsul. dignū admiratione est, quod aquam non nisi ex castello duci permittit, ne aut riuis, aut fistulae publicae frequenter lacerarentur. Ius impetratae aquae neque haeredem, neque emptorem, neque ullum nouum dominum praedium sequitur: Balneis, quae publicae lauarent, priuilegium antiquitus concedebatur, vt semel data aqua perpetuo maneret, sicut ex veteribus Senatusconsultis cognoscimus, ex quibus vnum subieci: nunc omnis aquae cum possessore instauratur beneficium. Quod Q. Aelius Tubero, P. Fabius Maximus cos. s. V. F. consti- 30  
tui oportere, quo iure extra intraque vrbem ducerent aquas ii quibus attributae essent.

## IVLII FRONTINI DE

64

Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. vti iis quoque maneret attributio aquarū, exceptis quae in vsum balneorū essent datae, aut Augusti nomine, quoad iidem domini possiderent id solum in quo accepissent aquā. Cum vacare aliquae coeperint, adnunciatur in cōmentariosque redigitur, qui respiciuntur vt petitoribus ex vacuis dari possint. Has aquas statim interdicere solebant, vt medio tempore venderent aut possessoribus praediorum, aut aliis. Humanius 10 etiam visum est Principi nostro, ne praedia subito destituerentur, triginta dierum pacium indulgeri, intra quod ii ad quos res pertinet, irrigarent. De aqua in praedia sociorum data nihil constitutum inuenio: perinde tamē obseruat, ac iprecautum, vt dum quis ex iis qui communiter impetraverunt, superesset, totus modus praediis assignatus fluere, & tunc demum renouaretur beneficium, cum de- siisset quisque ex iis, quibus erat datum possidere. Impetrata aqua alio quam in ea praedia, in quaē da- 20 ta erat, aut ex alio castello quam quo ex epistola Principis contrahebat, ducipalam S. Consul. non oportet, sed & mandatis prohibetur. Impetrantur autem & hae aquae quae caducae vocantur, id est quae aut ex castellis effluunt, aut ex manationibus fistularum, quod beneficium a Principibus parcissime tribui solitum, sed fraudibus aquariorum obnoxium est: quibus prohibēdis quanta cura debeatur, ex capite mandatorum manifestum erit, quod subieci: Caducam neminem volo ducere, nisi qui meo beneficio, aut priorum Principum habent: nā necesse est ex castellis aliquam partem aquae effluere, cum hoc pertineat non solum ad vrbis no-

stræ

## AQVAEDVCTIBVS ROM.

65

straæ salubritatem, sed etiam ad vtilitatem cloacarum abluendarum. Explicitis quac ad ordinatio- nem aquarum priuati vſus pertinebant, non ab re est quaedam ex iis quibus circumscribi saluberri- mas constitutiones in ipso rei actū deprehendimus, exempli causa attingere. Ampliores quosdam ca- lices quam impetrati erant positos in plerisque ca- 10 stellis inueni, & ex iis aliquos ne signatos quidem. Quoties autem signatus calix excedit legitimam mensuram, ambitio procuratoris qui eum signauit detegitur: cum vero ne signatus quidem est, mani- festa culpa omnium, maxime accipientis deprehen- ditur, deinde villici. In quibusdam cum calices le- gitimae mensurae signati essent, statim amplioris moduli fistulae subiectae fuerunt: vnde acciderat vt aqua non per legitimum spatium coercita, sed per leues angustias expressa, facile laxiorem in 20 proximo fistulam impleret. Ideoque illud adhuc, quoties signatur calix, diligentiae adiiciendum est, vt fistulae quoque proximae per spaciū, quod S. C. comprehensum diximus, signentur. Ita demum enim villicus cum scierit non aliter quam signatas collocari debere, omni carebit excusatione.

Circa collocandos quoque calices obseruari oportet, vt ad lineam ordinentur, nec alterius in- ferior calix, alterius superior ponatur. Inferior plus trahit, superior minus dicit, quia cursus aquae ab inferiore rapitur. In quorumdam fistu- lis ne calices quidem positi fuerunt: hae fistulae so- 30 lutaæ vocantur, & vt aquario libuit, laxatur vel coar- tantur. Adhuc illa aquarioru intolerabilis fraus est,

ū

translatae in nouum possessorem aquae , foramen nouum castello imponunt, vetus relinquunt, quo venalem extrahant aquam. In primis ergo hoc quoque emendandum curatori crediderim. Non enim solù ad ipsarum aquarum custodiam, sed etiam ad castelli tutelam pertinet , quod subinde & sine causa foratum vitiatur. Etiam ille aquariorum tollendus est redditus, quem vocant punctam. Longa ac diuersa sunt spacia, per quae fistulae tota meant vrbe latētes sub silice. Has comperi per eum qui appellabatur a punctis, passim conuulneratis omnibus in transitu negociatoribus praebuisse peculiaribus fistulis aquam: quo efficiebatur , vt exiguis modus ad usus publicos proueniret. Quantum ex hoc modo aquae sublatum sit,aestimo ex eo quod aliquantum plumbi sublati eiusmodi ramis reductum est. Supereftutela ductuum, de qua prius quam dicere incipiam, pauca de familia, quae huius rei causa parata est , explicanda sunt. Familiae sunt duae, altera publica , altera Caesaris. Publica antiquior, quā Agrippae Au- gusto relictam, & ab eo publicatam diximus. Habet homines circiter ccxl. Caesaris familiae numerus est cccclx. quam Claudio, cum aquas in urbē perduceret , constituit. Vtraque autem familia in aliquot ministeriorum species diducitur : villicos , castellarios, curatores, silicarios, tectores, aliosq; offices. Ex his aliquos extra urbem esse oportet ad ea quae non sunt magnae molitionis . Maturum tamē auxilium videtur exigere omnes in urbe circa castellorum & munerū stationes, operaq; quae urgebunt, in primis ad subitos casus, vt ex compluribus regionibus, in quas necessitas incubuerit, conuerti possit

praesidium aquarum abundatius. Tam amplum numerū vtriusq; familiae, solitū ambitione aut negligētia praepositorum in priuata opera diduci, reuocare ad aliquam disciplinā & publica ministeria ita instituimus, vt pridie quid esset actura dictaremus, & quid quaque die egisset actis comprehenderetur. Cōmoda publicae familiae ex Aerario dātur , quod impendium exoneratur vectigalium redditu ad ius aquarū pertinentiū, ea cōstant ex hortis aedificiisue, quae sunt circa ductus, aut castella, aut munera , aut lacus , quē redditū prope festertiū ccl. miliū, saliente ac vagū, proximis vero téporibus in Domitianī loculos versum, iustitia Diui Neruae populo restituit, nostra sedulitas ad certam regulam rededit, vt constarent, quae essent ad hoc vectigal pertinētia loca. Caesaris familia ex fisco accipit commoda , vnde & omne plumbum, & omnes impensae ad ductus , & castella, & lacus pertinentes erogātur. Quoniā quae videbantur ad familiā pertinere, exposuimus, ad tutelam ductuum, sicut promiseramus, diuertimus, rē enixiore cura dignam , cum magnitudinis Romani imperii id praeципuum sit indicium. Multa atque ampla opera subinde nascuntur, quibus ante succurri debet quam magno auxilio egere incipient, pleraque tamen prudenti temperamento sustinenda sunt, quia non semper opus aut facere , aut ampliare quaerentibus credendum est. Ideoque non solum scientia peritorum, sed & proprio usu curator instructus esse debet, nec suae tantum stationis architectis vti, sed plurium aduocare non minus fidem quam subtilitatem, vt aestimet quae repraesentāda, quae differenda sint, & rursus quae per redemptores

IVLII FRONTINI DE  
effici debeant, & quae per domesticos artifices.  
Nascuntur opera fere ex his causis . nam aut vetu-  
state corrumpuntur, aut impotentia possessorum,  
aut vi tempestatum , aut culpa male facti operis,  
quod saepius accidit in recentibus. Fere aut vetu-  
state, aut vi tempestatum partes ductuum laborant,  
quae arcuationibus sustinentur , aut montium la-  
teribus applicatae sunt , & ex arcuationibus eae 10  
quae per flumen traiiciuntur. Ileo haec opera so-  
licita festinatione explicanda sunt. Minus iniuriae  
subiacent subterranea , nec gelicidiis, nec calori-  
bus exposita. Vitia autem eiusmodi, aut talia sunt,  
vt non interpellato cursu subueniatur eis, aut emen-  
dari nisi auersa non possint, sicut ea quae in ipso  
alueo fieri necesse est. Haec duplice ex causa na-  
scuntur, aut limo concrecente, qui interdum in  
crustam durescit , iterque aquae coarctat , aut te-  
& torio quo d corrūpitur, vnde fiunt manationes, qui-  
bus necesse est latera riuorum & substructiones vi-  
tiari. Pilae quoque ipsae topho extuctae sub tam 20  
magno onere labuntur. Refici quae circa alueos  
sunt riuorum, aestate non debent, ne aquae inter-  
mittatur usus , tempore quo praecipue desideratur,  
sed vere, vel autumno , & maxima cum festinatio-  
ne, ita vt ante praeparatis omnibus quam pau-  
cissimis diebus riui cessent. Neminem fugit per  
singulos ductus hoc esse faciendum , ne si plures  
pariter auctantur, desit aqua ciuitati. Ea quae non  
interpellato aquae cursu effici debent,maxime stru-  
& tura constant, quam suis temporibus & fidelem 30  
fieri oportet. Idoneum structureae tempus a Kal.  
Aprilibus in Kal. Nouemb. ita vt optimum sit in-

termittere eam partem aestatis, quae nimis calori-  
bus incandescit; quia temperamento coeli opus est,  
vt ex humore commode structura combibat & in  
vnitate corroboretur. Non minus autem sol acrior  
quam gelatio praecipit materiam; neque illum opus  
diligentiorem poscit curam quam quod aquae ob-  
staturum est. Fides itaque eius per singula secun-  
dum legem notam omnibus , sed paucis obserua-  
tam exigenda est. Illud nulli dubium esse credide-  
rim, proximo ductus, id est, qui a sexto miliario la-  
pide quadrato consistunt, maxime custodiendos,  
quoniam & amplissimi operis sunt, & plures aquas  
singuli sustinent; quos si necesse fuerit interrumpe-  
re, maior pars aquarum vrbe Romam destituet.  
Remedia tamen sunt, vt his difficultatibus inchoa-  
tus alueus excitetur ad libram defientis. Alueus  
vero plumbatis canalibus per spacium interrupti  
ductus rursus contineatur. Porro quoniam fere om-  
nes per priuatorum agros directi erant, & difficilis  
videbatur futurae impensa preparatio vt alicuius  
constitutione succurreretur, simul ne accessu ad re-  
ficiendos riuos redemptores a possessoribus prohi-  
berentur, Senatus consultum factum est, quod sub-  
ieci. Quod Q. Aelius Tubero, P. Fabius Maxi-  
mus coss. v. f. de riuis, specubus, fornicibus  
que Iuliae, Martiae, Appiae, Tepulae, Anienis  
reficiendis, Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. Ut cum  
ii riu, fornices, quos Augustus Caesar se refectu-  
rum impensa sua pollicitus Senatui est, reficerentur,  
ex agris priuatorum terram, limum, lapidem,  
testam, arenam, ligna, caeteraque quibus ad eam rem  
opus esset, vnde quaeque earum proxime sine iniu-  
ú iiij

## IVLII FRONTINI DE

ria priuatorum tolli, sumi, portari possint, viri boni  
 arbitratu a estimata darentur, tollerentur, sumeren-  
 tur, exportarentur; & ad eas res omnes exportadas,  
 earumq; rerum reficiendarum causa, quoties opus  
 esset, per agros priuatorū, sine iniuria eorum, itinera,  
 actus patient, darentur. Plerunq; autem vitia oriū-  
 tur ex impotentia possessorum, qui pluribus modis 10  
 riuos violent. Primū enim spatia, quae circa ductus  
 aquarum ex S. Consulto vacare debet, aut aedificiis,  
 aut arboribus occupant. Arbores magis nocēt, qua-  
 rum radicibus & concamerationes & latera soluuntur;  
 deinde vicinales vias, agrestesque per ipsas for-  
 mas dirigunt: nouissime aditus ad tutelam praeclu-  
 dunt: quae omnia Senatus consulto, quod subieci,  
 prouisa sunt. Quod Q. Aelius Tubero, P. Fabius  
 Maximus v. f. aquarum, quae in urbem venirent  
 itinera occupari monumentis & aedificiis, & arbo-  
 ribus conseri. Q. F. P. D. E. R. I. C. Cum ad reficien- 20  
 dos riuos, specusque, per quae & opera publica cor-  
 rumpuntur, placere circa fontes, & fornices, & mu-  
 ros vtraque ex parte vacuos centenos quinos denos  
 pedes patere, & circa riuos, qui sub terra essent, &  
 specus intra urbem, & extra urbem continentia ae-  
 difica, vtraque ex parte quinos pedes vacuos relin-  
 qui, ita ut neque monumentum in iis locis, neque 30  
 aedificium post hoc tempus ponere, neque consere-  
 re arbores liceret: si quac nunc essent arbores intra  
 id spatiū, extirparentur, praeterquam si quae villae  
 continent & inclusae aedificiis essent. Si quis ad-  
 uersus ea cōmiserit, in singulas res in dena milia dā-  
 nas esset. Ex quibus pars dimidia praemium accusa- 30  
 tori daretur, cuius opera maxime cōuictus esset, qui

## AQVAE DVCTIBVS ROM.

aduersus hoc S. C. cōmisisset: pars altera dimidia in  
 aerarium redigeretur, deque ea re iudicarent cognoscen-  
 terque curatores aquarum. Posset hoc Senatus  
 consultum aequissimum videri, etiam si ex rei tantū  
 publicae utilitate ea spatia iudicarentur, multo ma-  
 gis, cum maiores nostri admirabili aequitate, ne ea  
 quidem eripuerunt priuatis, quae ad modum publi-  
 cum pertinebant. Sed cum aquas perducerent, si dif-  
 ficilior possessor in parte vendenda fuerat, proto  
 agro pecuniam intulerunt, ac post determinata ne-  
 cessaria loca rursus cum agrum vendiderunt, vt in  
 suis finibus proprium ius tam respublica quam pri-  
 uata haberet. Plerique tamen non contenti occu-  
 passerū fines, ipsis ductibus manus attulerūt per semi-  
 tas solutas passim, & rursus ius aquarum impetratū  
 habent, aquarii quātulacunque beneficij occasione  
 ad expugnādos nunc abutuntur. Quid porro fieret,  
 si non vniuersa ista diligentissima lege prohiberen-  
 tur, poenaque non mediocris contumacibus inten- 20  
 taretur? Quae subscripti haec sunt verba legis: T.  
 Quintius Crispinus coss. populum iure rogauit, po-  
 pulusq; iure sciuit in foro pro rostris aedis diui Iu-  
 lii Po. Ro. & Iulias tribui Sergia principium fuit  
 pro tribus sex. L. F. Varro. Quicunque post hanc  
 legem rogatam riuos, specus, fornices, fistulas, castel-  
 la, tubulos, lacus aquarum publicarum, quae ad urbē  
 ducuntur, earumque quam sciens dolo malo, forauer-  
 it, ruperit, forare, rumpereue curauerit, peioremque  
 fecerit, quo minus ea aqua earumque qua in urbē Ro-  
 mam ire, cadere, flui, peruenire, duci possint, quoque 30  
 minus in urbe Roma, & in his aedificiis quae urbi  
 continentia sunt, erunt, in hisque hortis, praediis,  
 ú iiiij

locis, quorum hortorum, praediorum, locorum dominis, possessoribus, V. F. aqua data vel attributa est, vel erit, ut saliat, distribuatur, diuidatur, in castella, lacus immittatur, is P. R. c. milia dare damnas esto & qui clam quid eorum ita fecerit, id omne sarcire, reficere, restituere, aedificare, ponere & celare, demoliri dānas esto, sine dolo malo. Atque ita omnino, ut quicunque curator aquarum est, erit, si curator aquarum est vel erit, tum is Praetor, qui inter ciues & peregrinos ius dicit, mulctam pignoribus cogito, coercito, eique curatori, aut si curator non erit, tum ei Praetori eo nomine cogere & coercere, mulctae dicendae, siue pignoris capiendi ius potestasque esto. Si quid eorum seruus fecerit, dominus eius centū milia populo det. Si quis circa riuos, specus, fornices, fistulas, tubulos, castella, lacus aquarū publicarum, qua ad urbem Romanam ducuntur & ducentur, terminatus steterit, \*neque quis eo loco post hanc legem rogat am quid opponit, molit, obsepit, figit, statuit, ponit, collocat, arat, scribit, neve in eū locum quid immittit, praeterquam eorum faciendo tum reponendorum causa praeterquam quidem hac lege licebit, oportebit. Qui aduersus ea quid fecerit, & aduersus ea repserit, ex iussu causaque omnium rerum omnibus esto damnas, utique atque uti esset esseque oporteret, si is aduersus hāc legē riuū, specū rupisset, forassetue, quiq; specū forasset rupissetue, quo minus in eo loco poscere herbam, foenū secare, fentes, vepres, caprificos, curatores aquarum qui nunc sunt, quique erunt, circa fontes, & fontium & murorum curam, riuos, & specus, terminatus, arbores, vites, vepres, fentes, ripae, maceria, sa-

licta, harundineta excidantur, tollantur, effodiantur, excorticentur, utique recte factum esse volet, eoque nomine iis pignoris captio mulcta edici or utique esto: Idque iis sine fraude sua facere liceat ius potestasque esto quo minus vites arborefque villis, aedificiis, maceriisue inclusae sint. Maceriae, quas curatores aquarū causa cognita ne demolirentur dominis permiserunt, quibus inscripta insculptaque essent ipsorum qui permisissent curatorū nomina, maneat, hac lege nihil abrogato, quo minus ex his fontibus, riuis, specubus, fornicibus aquā haurire, sumere iis quibuscumque curatores aquarum permiserunt, praeterquā rota, calice, machina liceat: dum neque puteus, neque foramen nouum fiat. Eius hac lege nihilum rogatio. Utilessimae legis contemptores non negauerim dignos poena quae intenditur. Sed negligentia longi temporis deceptos leniter reuocari oportuit. Itaque sedulo labouimus, ut quantum in nobis fuit, etiam ignorarentur qui errauerant. His vero qui admoniti ad indulgentiam Imperatoris decurrerunt, possumus videri causa impetrati beneficij fuisse. In reliquo vero opto ne executio legis necessaria sit, cum officiū fidem etiam per offensas tueri praestet.

NOTAE . QVAE DAM . IO.  
OPSOPOEI. IN. IVL. FRONTINI  
comment.de aquaeductibus

P. 25, v. 3. Vetus editio praefert hunc titulum, DE  
AQVIS QVAE IN VRBEM INFUVNT LIBER.  
nec enim in duos libros, vt Florentina, et eam secuta  
Basileensis, hunc commentarium distribuit  
v. 12. Eadem habet commissae rei instiget. & statim, 10  
reip. & imperij

v. 20. Eadem, omnis actus certitudini fundamentum  
P. 26, v. 28. Seneca epist. XL I. Magnorum fluminū ca-  
pita veneramur, subita ex abdito vasti amnis eruptio aras  
habet: coluntur aquarum calētium fontes, & stagna qua-  
dam vel opacitas vel immensa altitudo sacrauit

P. 27. v. 2. Vetus editio, P. Decio Mure. & ita Fasti:  
qui tamen non xx (vt est in Frontini editionibus)  
sed xxx. anno post initium belli Samnitici, M. Vale-  
rium Maximum, P. Decium Murem cōsules ponunt.  
Eutropius lib. 11. hist. Rom. scribit, Tito Veturio &  
Sp. Posthumio cōf. aquā Claudiam ab Appio Clau- 20  
dio censore inductam esse; qui bello Samnitico bis  
cōsules fuisse reperiuntur, primum anno belli x.  
iterum XXIIII. Sed in nostro auctore tutius est anno-  
rum numerum denario apposito explere, quam  
cōsulū nomina mutare

v. 4. Vetus editio, cui postea aegro fuit cognomen  
v. 7. Collegam habuit C. Fabium. ita tres editiones at  
Liuius & tabulae Capitolinae Appio C. Plautium  
collegam adscribunt. Liuius lib. IX. Censura clara eo  
anno Appii Claudii & C. Plautii fuit: memoriae tamen 30  
felicioris ad posteros nomen Appii, quod viam muniuit,

& aquam in urbem duxit: eaque unus perfecit, quia ob  
infamem atque inuidiosam senatus lectionem verecundia  
victus collega magistratus abdicauerat. Appius iam in-  
de antiquitus insitam pertinaciam familiae gerendo, solus  
censuram obtinuit

v. 8. Vetus editio nomen aquae omittit: & mox le-  
git: sed is se intra &c. abdicavit a censura: nomen &c.

v. 13. Eadem non agnoscit vocem huīus  
v. 21. Hic infra aliquoties Anionē & Anionis, vbi  
vetus more aliorum auctorum Anienem & Anienis  
per efficit

v. 24. Vetus habet, ad miliarium unum  
v. 29. In veteri editione legitur, vico publico Publici  
alneo ad portam

P. 28, 4. In vetere est, spurio Clauisio, L. Papyrio cōf.  
male. recte in Florētina locundi, sp. Caruilio, L. Papyrio  
cōf. vt ex Liuio & Fastis liquet. Quod mox sequitur  
Item, videtur ad praecedens cōf. pertinere, & vel iterū  
scribendum esse, vel 11. in secundum enim illorum  
20 consulatum tempus notatum cadit

v. 7. Vetus editio, habet praetor edidit. forte edixit,  
vt in suo lib. ex coniectura notauerat Pithoeus

v. 16. Variat passuum numerus in vet. edit. sic, riūus  
est subterraneus passuum XLVII. milii DCCLXXVIII.  
& polcea v. 52. sestertium mille & octingenties

P. 29, 9. Vetus editio legit post annum x. sed cum fa-  
stis non congruit

v. 11. In eadem legitur, viciſſe gratiam Q. Martii Regis.  
Quam lectionem itabilit, & rem ipsam refert Pli-  
nius nat. hist. lib. XXXVI. cap. xv. Sed dicantur vera aesti-  
30 matione inuicta miracula, quae Q. Marcus Rex fecit. Is  
iussis a Senatu aquarum Appiae, Anienis, Tepulæ du-

Etus reficere, nouam a nomine suo appellatam cuniculis per montes adis intra praeturae Sude tempus adduxit. Idem lib. xxxi. cap. i i i. Clariſſima aquarum omnium in toto orbe, frigoris salubritatisque palma praeconio vrbis, Marcia est, inter reliqua deum munere vrbis tributa. Vocabatur haec quondam Aufeia, fons autem ipſe Piconia. Oritur in ultimis montibus Pelignorum, transit Marsos & Fucinum lacum, Romanam non dubie petens. Mox specie mersa, in Tiburtina ſe aperit ix. M. p. fornicibus ſtructis perdueta. Primus ea in vrbem ducere auſpicatus eſt Ancus 10 Marcius, unius e regibus. Postea Q. Marcius Rex in praetura. Rurſusque reſtituit M. Agrippa

v. 15. Forte, via Sublacensi, vt pag. 32, 29. & 33, 7. ve-  
tus habet vi. Sublacensi

v. 16. Vetus editio, ad miliariū xxxiiii. & statim fi-  
nita ſupra terrā ſubſtr. Itē, Propius vrbē ad vii. miliariū  
v. 31. Hypſaeo, non Hypſapone, leg. vt eſt in Fastis Si-  
culis, apud Orosium, & Valerium Max. lib. ix. cap. v  
P. 30. v. 7. Vetus editio, imp. Caef. Aug. Meſſalla, L.  
Volcaſtro conſ. vacat Meſſalla: reliqua ita ſcribēda erūt,  
Imp. Caef. Aug. L. Volcatio coſf. Dione & Cassiodoro 20  
ſuffragantibus. v. 10. Vetus editio. milium paſſuum ii.  
alterius proprias etc. Mox, longitudinem paſſuum vii.  
milium cccccxviii. reliquo opere etc.

v. 19. Vetus editio Traba ſcriptū habet, et paulo post  
Tabra. v. 30. cui cauſae in ſolitam abundantian debeant,  
legitur in vet. ed.

P. 31, 3. Abundat praeponitio cum, nec habetur in  
vet. editione. v. 4. In libro viri doſiſ. P. Pithoei  
annotatū, iam tertium Censor. v. 5. Sentiſ collegā P.  
Lucretiū vocari ſcribit Cassiodorus, Dio Q. Lucre- 30  
tiū. v. 7. Vetus edit. perduxit; quo prium in vrbem

reſponderet, v. idus Junii. Inuenitur. etc. Mox, Virginem  
picta offendit. v. 14. Plin. lib. xxxi. cap. i i i. M. Agrip-  
pa Virginē adduxit ab oſtani lapidis diuerticulo ii. M. pas-  
ſu Praenestina via. Vide eūdē lib. xxxvi. cap. xv. V. 16.  
Alij legūt, Adiūctis ex cōpluribus aliis locis acquisitioni-  
bus. V. vlt. duae iſtae dictiones ad irrigandū, defunt in  
vet. edit. ¶ P. 32, 14. Plin. li. xxxvi. c. xv. Vicit an-  
tecedentes aquariū duc̄tus nouiſimum impēdium operis in-  
choati a C. Caſare, & peracti a Claudio. Quippe a lapide  
quadrageſimo ad eam excelsatam, vt in omnes vrbis mo-  
tes levarentur, influxere Curtius atque Caeruleus fontes.  
Erogatū in id opus ſeſtertiū ter millies, Suetonius in Clau-  
dio cap. xx. v. 21. Vetus editio, Suilio, & Titiano coſ.  
quae lectio verior videtur ea quā Iocundus reposuit,  
ſulla & Titiano coſf. nā Tacito teste C. Antistius et  
M. Suillius hoc anno consules fuerunt

v. 27. Vetus editio, & quod alias omnes praece. priori  
Anieni cogn. veteris adieſtum. P. 33. In vetere edit.  
20 legitur, a vi. miliario. ¶ Iterū v. 18. concipitur ex flu-  
mine, vt ſupra, Claudia concipitur ex fontibus. v. 22. Ead-  
em habet liqueretur, id eſt limū deponeret, vt Fronti-  
nus in ſtra loquitur. v. 24. Plinius lib. xxxi. cap. i i i.  
v. 32. a vii. miliario habet prima editio

P. 34, v. 7. Vetus editio legit, longitudines quoque ri-  
uorū aquae duc̄tus & proiectus operū cōpleteſti. Et v. 19.  
delibrare, vt ſimplex librare in ſtra

v. 22. Abeit a vet. editione verbū enīt. Iocundi edi-  
tio in erratis enīt reponit pro ire. quae mox v. 30.  
monet legendum, nondum ad ſubtile explorata

30 P. 35, 5. Vetus editio traciatur. rectius tracit  
v. 9. Mendū eſt in veteres exigentur. in P. Pithoei co-  
dice illud aſteriſco notatur, hoc in erigeretur vertitur

v. 21. Coniunctio & post venit, vel delenda est, vel in eius locum ex vet. edit. substituendum, hae res

v. 25. Vetus legit, Prior tamen pars Iul. ad specie veterē, & paulo post ad speciem veterem transfert. Spes tamē vetus ab antiquariis in V. vrbis regione Esquilina dicta locatur. Mox in Pithoei lib. notatum est Coelii pro cclii fortassis scriptum

v. 28. Vetus editio hic & postea aliquoties habet hortos Plancianos, vt est apud Sex. Rufum & P. Victorē de regionibus vrbis.

v. 30. Eadem oritur legit pro initur

P. 36, 20. Non aliena videtur lectio veteris editionis, secundum fontem Scipionum. hunc enim in eadem, qua campum Martium, regione fuisse conitat

v. 22. Vetus editio hanc refert scripturam, infra clivum publicum Alisetinac, & inde ductus Naumachiam. Florentina vero, infra clivum Publicii alsi & inde est inductus naumachiam. utraque cōparata, verisimilior haec videtur, infra clivum publicum (vel Publicii). Alsetinac ductus est in Naumachiam

P. 37, 12. Vetus editio habet, in pupulatita haec ob.

P. 38, 14. Loco substantiae, Florentina editio legit sub specie, vetus specie

v. 26, & 28. Pro lumine & luminis in veteri scribitur limine & liminis, semel tantum lumen

P. 41, 9. Iocūdus lacunā veteris editionis ita suppleuit, quoties ex erogatorio venit: sed melior fortasse est cōiectura Pithoei lib. adscripta, quoties ex aliore loco venit, mox enim sequitur, quoties vero ex humiliori &c.

P. 42, 15. Vetus legit, fistula octonaria diametri etc. & 30 deinde digitos vii & viii

P. 44, 19. Forte leg. aquarum principum commentarius

comprehensarum. Infra pag. 50, 3, maior copia quam erat in principum commentarius

P. 48, 5, nunc est ceroni cōmodi. placet conjectura Pithoei libro ad scripta Ceionii Commodo. L. Ceionius Comodus Verus cōsulatum gessit anno ab urbe condita DCCCXXIX. vetus editio addit, qui nunc Beron cognominatur

P. 49, 23. Vetus editio sic legit, quonam modo manifestius pr. qu. er. i, p. commentariorum: maior pars earum

mo continebatur quinariū 1111. milibus ccxi. In eisdē &c

p. 50, 10. In veterē edit. reperitur, tota deinceps aestate durantem explorans

v. 23. Membrum hoc, vel ad itinera suspendant, non legitur in veterē edit.

p. 51, 1. Pro miranduni, forte numerandum scripsit Frontinus

v. 3. In veterē est produceretur, & statim produxit. Sic supra, Quae ratio mouerit Augustum producendi Alsetinam

v. 10. cōfectam habent omnes editiones, attamen

coniectam forsitan non imprōbandum

P. 55, 31. In veteri editione legitur, nam mutantur ex flumine. forte mutuantur. Mox, mobilitamen

P. 56, 26. Vetus editio, quo interior accipitur; Florentina, quo interior excipitur

P. 58, 12. Locus iste manifesto vitio laborat: cui docti simus P. Pithoeus ita mederi tentauit. operum probandorū curam fuisse penes Censores aliquādo & Aediles, interdum etiam cōfīcam prouincia obuenisse, vt aparet ex s. c. quod factum est C. Liciniano Cesula, & M. Fabio cōfī. At horum siue consulum, siue censorū nullamentio est in fastis. C. Licinium Getam & Q. Fa-

bium Maximum anno DCXXXVI II ab urbe condita consules, anno vero DCXLVI. censores fuisse: sed an iidem fuerint quos Frontinus commemorat, asseuerare non ausim. Quamquam Onuphrius & Signius librariorum errore nomina apud Frontinum depravata, & ad fastorum normam corrigenda monent.

P. 59, 3. Forte, quae etiam, vel quinetiam, pro quietiam

P. 60, 1. Hunc locum ita legit & distinguit Pithoei liber ex coniectura, iisdem, praeter quam lictoribus, vti. 10 Quibus apparitoribus ex hoc s. C. curatoribus aquarum vti liceret, eos diebus &c. ad aerarium deferrent. Paulo post emendat, sine fraude sua capere liceret. Vtique tabulas, cartas, caeras. (ita habet vetus editio, nō cetera) quaeque eius curationis causa opus essent

P. 61, 10. Vetus editio legit Albius Crispus

v. 32. Legendum videtur, Quod Qu. Aelius Tubero, & P. Fabius Maximus coss. v. f. Simili enim forma paulo ante & infra quoque usus est Frontinus

P. 62, 3. Scribe vel fecit, vel fecisset

P. 63, 2. Vetus editio habet ab hoc pro adhuc

v. 25. In veteri edit. reperitur, balneisq; publice lana- 20 rent. Forte scribendum, balneis quibus publice lanaarent

P. 64, 7 In eadem est introducere, pro interdicere. & mox, aut aliis etiam. Humanius etiam visum. vbi prius etiam retinendum, posterius delendum videtur

P. 66, 1. Ex veteri editione legi posset, translata in nouum possessorem aqua

v. 10. Forte scribendum, Has comperi per eum qui appellabatur a punctis, passim conuulneratas omnibus in transitu negotiatoribus (vel, vt in veteri editione est, 30 negotiacionibus) praebuisse &c.

v. 20. Vetus

v. 20. Vetus ed. hanc scripturam exhibet, quā Agrippae ab Augusto relictam. falso. veritati congruet prae-positionis tralatio hoc pacto, quam ab Agrippa Augusto relictam. Sed & vulgata lectio, quam Agrippae Augusto relictam, commoda est, si possessuō casu nō men Agrippae sumas. Habuit enim Agrippa (vt supra exposuit Frontinus) familiam propriam aquarum, quae tueretur ductus atque castella & lacus. Hanc Augustus haereditate ab eo sibi relictam publicauit. Vide Cassiodorum lib. 111. Var. epist. xxxii.

10 v. 25. In vet. ed. scribitur castellanos

P. 67, 9. Loco horū ex hortis aedificiis ve, praefert ve-tus editio, ex olinetis

P. 69, 3. Vetus editio, cōbibat & siccitate corroboretur

v. 19. Leg. alij, rursus cōtinetur. v. 21. ni alienius cōst.

P. 70, 20. V. Cl. P. Pithoeus notat in libro suo su-peresse illud cum videt: & mox centenos abundare

P. 71, 15. rursus si in, idem legendum existimat

20 v. 22. Idem Pithoeus in suo libro reponit, ante diem prid. id. Iul.

v. 27. Absunt ista, earumque quam, a vet. editione, quae statim legit, quo minus ea aqua, eorumque aquae in urbe &c.

v. 30. Forte scrib. ire, eadere, fluere

P. 72, 2. Omnes editiones scriptum habent, posses-soribus, v. f. vnde leui mutatione Pithoeus facit pos-sessoribus ve.

v. 6. Non est in veteri edit. & celare

v. 8. Tam vetus quam Florentina editio legit, scri- 30 rator aquarum nemo erit. alioquin non incommodo reponi posset, aut si curator aquarum non est vel erit

v. 16. Vetus editio, lacus & terminatus aquarum &c. ducetur, steterit. Pro hoc postremo verbo quid si sepe-

rit, & pro subsequente neque, (vel, vt est in vet. edit.  
neque) vel scribas?

v. 20. Lege seritue, vel in eis. in vet. est seritue: ve in &c.

v. 22. Reponendum est, causa quae quidem &c.

v. 23. Viri eruditii hunc locum ita pridem restituerunt, Qui aduersus ea quid fecerit, & aduersus eum si remps  
lex, ius, causaque omnium rerum omnibus esto, utique esset  
v. 28. lege pascere herbam.

P. 73. 3. Hanc lacunā sic videtur expleri posse, pignoris  
captio, multae dictio coercitioq. esto. v. 10. Legendū &  
hic & paulo post, Eius hac lege nihil abrogatur

## FINIS

## INDEX. IN. ORIGINEM. GENTIS ROM. ET. FRONTINVM. DE. AQUAE DUCTIBVS

<b>A</b> Borigines	6, 30	Agrestes viac	70
Acca Laurentia	21, 12, 22	Agrippa	37, 23, 59, 1, 62,
Acceptorius modulus	41, 7	3, 66,	aedilis 30, 6, 19,
Acilius Auiola	61, 14	31, 1	
Aedicula virginis fonti appo-		Agrippae commentarii	59,
sita 31, 14		13	
Aediles	57, 30, 58, 1, 13	Albalonga	18, 18
Aediliū curuliū munus	58, 30	Albanus mons	18, 16
Aeneas	10, 26, 11, 4	Albudinus fons	32, 2
Aeneae templum consacratiū	16, 26	Albula fl.	19, 10
Aeni conditor	11, 19	Aleatorum optio	6, 4
Aerarium	67	Alpius Crispus	61, 10
Aerarium Saturni	6, 9	Alisetina aqua	26, 32, 31,
		26, 35, 12, 36, 17	

## INDEX

Alisetinae erogationes	53,	Aquaē perduc. diuinir.	28, 8
31. modus	48, 12	Aquaē in urbem influentes	
Aliset. Aug. ram.	27, 22	26, 21	
Alisetinus lac.	32, 4, 48, 14	Aquarum curatores	58, 22.
Amata Lat. regis vxor	15, 15	eorū ministri	59, 19. offi-
Anienis aq.	69	cium	59, 19, 61, 17. series
Anienis aquae minus lim-		60, 23	
pidae	55, 30	Aquarum urbis diversa clis	
Anienis ductus restit.	31, 2	brae	34, 20. moduli
Anio nouus	27, 1, 32, 24.	37,	10. tutela
33, 17, 28, 24, 26, 35, 31,		58, 5	
56, 8, 31		Aquarius	39, 30, 40, 30,
Anienis noui erogationes		41, 29, 48, 14	
54, 2. modus	49, 17	Aquariorum frans	50, 18
Anio vetus	26, 31, 27, 29.	54, 18, 64, 26, 65. impe-	
32, 24, 35, 6, 36, 8, 56, 6		ritia	56, 10. redditus
Anienis veteris erogat.	52,	Aquila curator aqu.	60, 32
18. modus	45, 25	Ara maxima	8, 28
Antenor Patauii cond.	4, 8	Arcuationes	68
A punctis	66. Apparidores	Area	39, 11, 13
aqua. curatorum	60, 1, 16	Aremulus. Silu. rex	19, 12
Appium	13, 20, 14, 4	Ascanius Latin. rex	16, 27
Appia aqua	26, 31, 27, 2.	Asiniani horii	36, 13
33, 10, 36, 17, 20, 69		Assiduissime	62, 11
Appiae aquae erogationes		Atteius Cap.	58, 23, 60, 26
52, 6. modus	45, 4. du-	Auentinus mons	36, 7, 21.
ctus restituti	31, 1	51, 2, 54, 23	
Appia via	27, 5	Auent. Silvius rex	19, 24
Appius Claudius censor		Augusta aqua	27, 1, 31,
10, 17. Aqua caduca	57,	26, 32, 12, 49, 14	
23, 64, 23		Augustae ramus	45, 8
Aquaē dandae vend.	ius	Augustus imp.	31, 24, 32, 8.
penes quem	57, 28	58, 22, 59, 7, 14, 23, 66	

\* 17

## INDEX

- Balneis seruientes aquae 56,  
     20.57,25.63,25  
 Cacus 8,17  
 Caduca aqua 57,23.64,23  
 Caerulus fons 32,22,32.  
     seu Caeruleus 49,9  
 Caetac portus 12,22  
 C.Amaranus Apollin. 26,30  
 C.Caesar 32,14  
 C.Fabius Venox 27,7  
 Calix quid 41,31.62,28  
 Calix signatus 65,  
 Calicis positio 41,15  
 Camena, 19,5  
 Campus Martius 36,20  
 Capena porta 27.5.20.35.30  
 Caput, aut nauem 6,6  
 Careae 48,14  
 Carmenta 7,18  
 Castellū 38,30.63, 21.65  
 Castellani 66,  
 Censores 57,31,58,13  
 Ceroni Commodi ager 48,5  
 Cimbarionis opidum 12,13  
 Circensū ludorū dies 58,20  
 Circus max. 9,16.58,19  
 Claudia aqua 27,1.32,29.  
     34,27.35,31.49,10.51,  
     3.54,24.55,28.56,13  
 Claudiæ aquæ ductus 32,  
     14,23.33,10 erogationes  
     54,1. modus 48,16
- Claudio via 32,4  
 Claudii templū 36,5.51,6  
 Claudius imp. 62,23  
 Coelii Ruffi concio 50,25  
 Collatia via 27,27. seu  
     collatina 31,16  
 Coloniae deductæ 19,3  
 Commentarii 64,5  
 Commentarii Agrippæ 59,13  
 Commentarii concept. 46,29  
 Commentarii principis 39,28.  
     44,19,24.45,4.50.4  
 Conceptela 39,15.49,20  
 Cora 19,4  
 Coruptela 50,29  
 Crabra aqua 30,19  
 Creusa 4,29  
 Crustumium 19,5  
 Curat. viar. & frum. 60,13  
 Curatorū aquarū officiu 59,  
     19.61,17. series 60,23  
 Curtius fons 32,22,33,1,  
     49,9
- Decima diis data 8,29  
 Depuratur 57,5  
 Didius Gallus 61,2  
 Digitus rotundus & quadra-  
     tus 37,17  
 Digitus rotundus 38,22.  
     42,7. quadrat. 38,19.42,3  
 Digitorum mensura 37,10  
 Directura 34,29

## INDEX

- Domitian loculi 67,  
     56,20.57,25  
 Domitius Afer 61,4  
 Ductum tutela 67, vitia  
     68,70  
 Epaphroditiani horti 47,14  
 Epistola Julia 62,25  
 Erogare amplius quā in pa-  
     trimonio est 44,31  
 Erogationes aquarū in Urbe  
     influentium 51,13  
 Erogatorius modulus 41,6  
 Euander 7,17.8.6  
 Euripus 53,30  
 Euryleo Aeneaf. 16,5,28  
 Euxinius sinus 12,9  
 Exquilina porta 36,14  
 Fabii Lupercales 22,15  
 Familiae aquarū 59,6.66  
 Faunus 7,5  
 Faustulus subul. 20,24.21,6  
 Feminae a sacris remo. 9,7  
     31.34.27.35.18.51.4.69  
 Fiscus 67  
 Fistula gyneria 37,28.38,  
     3. senaria 38.7. vice-  
     naria 39,16  
 Fistulae solvæ 65  
 Fistulae unde nomen accipi-  
     ant 39,12
- Fonteius Agrippa 61,9  
 Fontes 26,27  
 Frontinus aquarū cur. 61,16  
 Fullonicis aquæ seruientes
- Gabii 19,4  
 Gelicidia 68,  
     Gemelli 27.24.27. seu Ge-  
     mellae 45.7.16  
 Gnomonia 39,25  
 Herculanea pars, i. deci. 9.2  
 Hercules 8.14.9.10  
 Ianiculum 5,11  
 Janus 3.32.5.24  
 Janus Pater primus in sacris  
     omnibus 6.12  
 Imperata aqua 64,19  
 Inciens scorfa 13,7  
 Indigetes pater 16.27  
 Inuentori patri ara dicata  
 Iobus 17,17  
 Julia aqua 26.32.30.5,13.  
     31.34.27.35.18.51.4.69  
 Juliae aquæ erogationes 53,  
     13. modus 47.17  
 Juliae piscina 47.11  
 Julia Ascanii filia 17.18  
 Julia epistola 62.25  
 Iulus 17.18  
 Labicana via 36.9  
 Lauinia Anii filia, Aeneac  
 Vxor 1.2.3  
 Lauinium op. 14.12.15.14  
 Laurens 12.28

# INDEX

- Latus 16.32  
 Latina via 30.2.10.35.14  
   36.10  
 Latinus rex 14.23  
 Lex 57.21.58.27.71  
 Libramentum 28.15  
 Librandi a.s 34.31  
 Libratores 62.29  
 Limaria piscina 33.21  
 Locri 19.5  
 L. Piso 61.5  
 Lucullanus ager 27.14.29.  
   32.31.7  
 Lupanaria 21.27  
 Lupercal 22.11  
 Lupus Martiae tutelae 21.16  
 Maceriae 73  
 Manationes 64, 24.68  
 Manipulares milites 23.1  
 M. Cocceius Nerva 60.29  
 M. Porcius Cato 61.1  
 Martia aqua 26.32.28.30.  
   32.23.34.28.35.18.  
   51.4.54.27.55.28.69.  
 potui seruit 56.23  
 Martiae aquae erogationes  
 81.52.28. modus 46.12.  
 supplementum 32.9.49.  
   15. duetus restituti 31.2  
 Messala Corvinus 59.16.  
   60.24  
 Metitores 52.11
- Mezenius Agillaeorum rex  
 15.32.16.30  
 Ministri aquariorum 66  
 Misenos Vrbs 11.29  
 Modulus acceptorius 41.7.  
 erogatorius 41.6  
 Modulus quinario nomine  
   37.21  
 Moduli mensura vnde colligatur 38.10  
 Moduli aquarum 37.10  
 Modulorum numerus &  
 formula 41.26  
 Monetae forma 6.1  
 Nauandi 6.7  
 Nauis figura in numo 6.3  
 Naumachia 36.23  
 Nero imp. 51.7  
 Neroniana Villa subl. 57.1  
 Neroniani arcus 36.3.54.24  
 Nerva imp. 44.23.54.15.  
   55.1.16.57.11.61.15  
 Nervae annus 60.29. iustitia 67  
 Nicostrate 7.20  
 Noua via 36.13  
 Numi veteris forma 6.1  
 Numici stagnum 16.7  
 Numitor 19.30  
 Octavianus species 36.12  
 Octavius Laenas 60.31

# INDEX

- Oletato 58,29  
 Pallanicum 7,31  
 Palatum 7.32.36.7  
 Pallantiani horti 35,27.  
   36,1.47,24  
 Pan 7,14  
 Panis fanum 7,32  
 Pataui conditor 4,8  
 Pater indigetes 16,27  
 Pater Inuictor 8,27.10,1  
 Perterere 34,17  
 Petronius Turpilianus 61,7  
 Picus 7,4  
 Pilae topo extuctae 68  
 Pinarii 10,3  
 Piscina limaria 33.21  
 Plautus explicatur 9,1  
 Plumbarii 37,23,29  
 Pometia 19,4  
 Pompeius Silvius 61,12  
 Potiti 10,3  
 Praeneoste 19,4  
 Praeneostina via 27,14,24  
 Praetor inter ciues & peregrinos 28,23.72  
 Pressura librae 45,23  
 Pressura minor 41,12  
 Primus quid signific. 4,4.19  
 Procas Silvius rex 19,28  
 Prochyta 12,16  
 Procurator 62,21  
 Publicii cliens 36,22
- Publicii vicus 27,29  
 P. Marius 61,8  
 Puneta 66  
 Quinaria 38,3  
 Quinariarū moduli 38,24  
 Quinctilii Lupercales 22,16  
 Rarana porta 28,13  
 Recaranus Hercules 8,11  
 Reditus ad ius aquarum pertinens 67  
 Regiones vrbis quibus aquis  
 quaeque irrigentur 52,13,  
   22,31.53,8,16,24  
 Remores 22,8  
 Remuria 23,9  
 Remus 22,7  
 Rhea Silvia Vesta sac. 20.8  
 Romulus 22,5  
 Ronillae 19,5  
 Ruminalis arbor 21,17  
 Sabatinus lacus 48,14  
 Sacrificandi mos capite ve-  
 lato 13,28  
 Salientes aquarum 24,30  
 Salientes perpetui 50,30.  
   61,29. publici 32,3.62,1  
 Salinae 27,20,30  
 Sallustius explicatur 6,25  
 Samniticum bellum 27,3  
 Satrus rufus 60,28  
 Saturnus 3,18.30.5,13  
   Saturni aerarium 6,9

\* iiiij

fol. 211 v

# INDEX

- Saturnia arx 5, 15      T. Annius Flavianus 61, 14  
 Saturnii versus 7, 7      Torquatianni horti 27, 21  
 Senatus consulta de officio  
curatorū aquarū 59, 20. 61      Trans tiberina regio 32, 1.  
 S.C. de riuis specubus fornici  
busque aquarū reficien. 69      Treba Augusta 57, 2  
 Septorum frons 36, 20      Trigemina porta 27, 17, 30  
 Sequentiae regula 41, 5      Troianorum aduentus in Ita  
lianam 6, 24  
 Sibylla 12, 11      Turnus Herdonius 15, 14  
 Sibyllini libri 29, 4      Tusculani 30, 20, 28  
 Silicarii 66      Tusculanus ager 30, 1  
 Siluanus 7, 13      Tusculum 19. 4  
 Siluius 17, 23      Thyrrhus pastor 17, 22  
 Siluius Postumus rex 18, 27      Valeria via 29, 13  
 Spes vetus 35, 26. 36, 4,  
15. 45, 8      Vectigalis merces 57, 26  
 Stagninus color 29, 20      Vectigaliū redditus ad aquas  
pertinens 67  
 Stationis suae architect. 67      Venox 27, 8  
 Sublacensis via 32, 29      Versus saturnii 7, 7  
 Sublacensis villa Neronia-  
na 57, 1      Viae vicinales & agresti 70  
 Tectores 66      Villici 66, 65  
 Tepula aqua 26, 32. 29, 31  
34, 28. 35, 18. 69      Viminalis collis 35, 23  
 Tepulae adiutorium 46, 19  
erogationes 53, 5. modus  
47, 7      porta 35, 24  
 Tepulae nulli fontes 47, 9      Virgilii locus explic. 4, 3, 20  
 Tiberius siluius rex 19, 7      Virgo aqua 26, 32. 31, 6.  
35, 10. 36, 17  
 Tibur 19, 4      Virginis aquae erogationes  
53, 22. modus 47. 32  
 Tiburtinus duclus 45, 28      Vitruvius architectus 37,  
23, 29  
 Vicia 37, 13

FINIS.

4-112197

5462

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕДНІКОВА

